



ALDINI
II
I
36









Ex Libris Joannis Nencini
1874

NATALIS COMITVM VENETI DE VENATIONE, LIBRI IIII.

HIERONYMI RVSCELLII SCHOLIIS BREVISSIMIS ILLVSTRATI.

ALDI · FILII

VENETIIS M. D. LI.

Cum gratia & priuilegio.

Cæsaris de ducibus ciuis Brixiani epigramma

Tempora qui quondam pinxit uariantia; fraudes
Et uenantis equos concinit, arma, canes.
Atque refert uatem smyrnæum carmine. sed si
Calliope dictet prælia, regna, duces,
Quum leue par fuerit scribens, maioribus uso
Cedet & Aeneidos, iliadosq; parens.
Ergo cane heroas iuuenum rarissime, solus
Cum possis priscis æquiparare sonos.

ILLVSTRISS. IVLIO ROBORIS CARdinali Reuerendiss. Vrbini, Natalis Comitum, Salutem.

MAGNA quædam, atque amplissima exercitatio, Reuerendiss. Iuli, eaq; cum à maioribus cunctis, tum ab huiusce tempestatis Principibus frequentata est venatio. Quod uel maximo argumento esse potest & antiquorum, & iuniorum de ea re scribentium multitudo. Quis est enim omnium eorum, qui ad nostra usque tempora uixerũt, grauissimorum philosophorum, qui hanc uenandi artem uel ignorarit omnino, uel prætermiserit? si quidem Arist. ille unicus naturæ flosculus, in ijs, quos de animalium historia libros conscripsit sparsim, nõ terrestrium solùm sed aquaticorum etiam nonnullorum uenationes attigit: quasi aliqua ex parte ex intimis philosophiæ penetralibus uenatio sit excerpta. Prætermitto Xenophontem exactissimum in ijs, quæ attigit uenationum scriptorem: cuius solertia unà cum diligentia coniuncta nullus est quem prætereat. Nec sanè Pythagoras iucũdissima uoluptate uenãdi interdixit, qui à carnibus, cæsarũq; ferarum uisceribus homines absterruit: quasi necessariam uenationem, crudelissimarumq; belluarum interitum existimarit. Taceo curiosissimum Oppiani studium, quo in uenationibus describendis usus est. Nihil dicam de Bu leo, nihil de Plinio grauissimo aquaticorum, terrestrium, & aeriorum animalium scriptore. Neque hoc sanè historiarum genus, quod Græci κυνηγικὰ appellant, aut à Latinis, aut à Græcis poetis penitus reiectum esse uideo, ut philosophos nunc prætermittam. Alij siquidem de historia ipsa, atque uenandi ratione scripserunt, alij modo quodam comparationes facientes eam attigerunt. Nec desunt complures iuniorum scriptorum, qui multa de hac ipsa uenandi ratione monumentis literarum tradiderunt: alijq; id summatim, alij aliqua ex parte tractarunt. nec desunt, qui uenationem aliquam cuiuspiam Principis scribendi argumentum sibi assumpserint. ex quibus omnibus manifestum esse arbitror quàm magnifica res sit, quàm præstans, quàm uel grauissimo quoque uiro digna uenandi exercitatio. sed quoniã nonnulla deesse ratus sum tot scriptoribus, quæ nunc exercitatione ipsa, nunc peregrinorum sermo

ne cognoui, uolui siquid priscorum scriptis mea industria addere possem, sumptis interim, quæ ab ijs dicta sunt, experiri. quod cum ita sit: cogitaui sæpius cuinã potissimũm Italorum principum opusculum hoc de uenationibus elargiri, cõueniret. Neque arbitrabar sanè eum ἄμουσον omnino esse oportere, qui hoc munere dignus esset existimandus. neque rursus huiusce tempestatis Principes in liberalibus artibus tempus ullum consumere intelligebam: quoniam eò usque deuenit nostra hoc tempore dementia, ut quibus maxime indigemus, ijs ipsis maximẽ abundare nos censeamus. Nam multi nec sibi scientiam studio comparari opus esse cõtendunt, quam natura unicuique comparari posse affirmant, nec in ijs elaborant studijs, quibus & doctiores, & meliores fortasse fieri in dies possent. sed bene se res habere putandum est, si liberalium artium scientiam sibi dedecori esse non arbitrentur. his ita animaduersis dubius fui dudum cui opusculum hoc dicarem, atque cum hac de re sermo inter & clarissimum Com. Io. Iacobum Leonardum Legatum fratris tui Illustriss. apud Venetos, cuius uiri præstantiam tu optime nosti, & clariss. Comitem Horatium Carpineum, quos honoris gratia nomino, & me incidisset, nullum per deos immortales te aptiorem esse dixerunt: qui & regijs his uenãdi exercitationibus non mediocriter, & bonarum literarum studijs admodum delectaberis. His auditis gauisus sum certè primum, quòd non omnino ex aulis Principum liberales artes exulassent, atque aliquis nunc etiã locus musis inter honorificentissimos uiros relictus sit. deinde horum grauissimorum uirorum & actuoritate, & iudicio commotus sub tua potissimũm tutela de uenationibus libellum edidi: quem tu pro singulari tua prudentia, qua in rebus omnibus uti consueuisti, consideres uelim. non enim dubito quin magnam ex eo uoluptatem, si legeris, sis capturus. & quoniam id tui est ingenij acumen, ut facilius quàm ego dicam, tu animum nostrum dijudicare possis, te rogo atque obsecro, ut omnia ea, quæ dixi, sicuti debes, in bonam partem accipias.

NATALIS COMITVM
DE VENATIONE.
LIBER PRIMVS.

Io. Antonij Zanetti ciuis Brixiensis in lib. 1. argumentum.

N arrantur primo quæ uenatoribus arma,
C onueniant, quæ forma canis spectetur habendi,
S int quales iuuenes qui Delia castra sequuntur,
E t quales poscuntur equi, quæ pallia, uel quo
T empore uenandum. melior pars quæq; diei

VENANTVM canimus fraudes, & montibus altis
D ispersas genteis, hominum'que canumq; labores.
C oniugia, & Veneris stimulos, dulcesq; Hymenæos.
E t mores, odiumq;, agrestis tempora partus.
T u magni, tu nata Iouis Cytherea pharetram
Q uæ capis interdum nato, fessumq; tepenti
I n gremio refoues, & amanti gaudia præstas
D um facilem pia diua ferum prece reddis Amorem.
N unc Paphon, Idaliumq; tuum, nunc alta Cythera
L inquito: nunc mecum uenias ad lustra ferarum
D um canimus thalamos, nam certo tempore cuiq;
I nspiras tacitè blandum per pectora amorem.
T u quoque Venantum quæ fortunata uirorum
V ota facis, Syluis errans & retia curas,

Dic agè uenanteis homines, roburq́; ferarum,
Quo se defendunt fugientes tristia fata.
Dic genus acre canum, Variorum robur equorum.
Consilia alta uirûm, uestigi lucra reperti.
Dic odia inter se, & duri certamina Martis.
Tuq́; ades, & facilis cœptis illabere nostris,
Magnanimi proles Francisci, clara propago
Roboris. Eximiè quo Petri cardine ualuæ
Verttuntur. non ingenijs tu cedis auitis.
Virtutis fautor, recti defensor, & æqui.
Da facilem cursum, & felicem porrige dextram,
Dum rate tranquillum, uentisq́; fauentibus æquor
Sulcamus, madidasq́; uias Aquilone secundo.
Namque potes: tibi regna patent Neptunia, & altum
Aëriæ regionis iter, terræq́; iacentis.
Multiplici petitur certamine turba ferarum
Quæ mare, quæ terras habitant, quæq́; ætheris oras.
Ventosum quæcunque fretum, atque humentia regna
Percurrunt, rete, & duris capiuntur ab hamis.
Sunt quibus obscuram fert impia fuscina mortem.
At uolucres uolucres sylua, campoq́; sequuntur:
Pernitiemq́; ferunt miseris, captasq́; trucidant.
Haud secus atque urbe in magna fit sæpe, potentes
Cùm ciueis inopes spoliant & fraudibus, & ui.
Hinc & odorisequi discurrunt æquora campi
Lata canes auibusq́; necem, mortemq́; petentes.
Exitium'ue ferunt his denso retia filo.
Et consanguineum melli uiscum, altaq́; chorda.
Et quæ prætereа captantia multa uolucres
Inuenit mortale genus per rura uolanteis.

Quis tamen heu diuum, quæ tanta insania menteis
Sollicitat? quæ tanta fames, quæ tanta cupido
Armauit feritate uiros, insuetaq; corda?
Vicimus en feritate feras, leuitate uolucres.
Et nihil est tutum cœlo'ue mari'ue relictum.
Iam nihil est quò non penetrauerit impia uentris
Ingluuies. alius saltus indagine cingit.
Ast alius lato committit prælia campo.
Sanguine cæsarum gaudet maduisse ferarum.
Quod sequeretur eum è cunctis animalibus unum
Inuentum, sceleris q; comes, cædisq; nefandæ.
Hoc docet & dominos uestigia cæca ferarum.
Atque ad lustra trahit, uocat in certamen & ambos.
Interdum aut ipsum campo pugnauit aperto.
Et querimur si nos inuadit sæpe petita
Mille dolis fera, crudeleis diuosq; uocamus.
Haud equidem credo quin sint primordia belli
Hinc exhausta: uiris miseris hinc impia cædes,
Atque cadaueribus campi sternuntur, aprica
Planitie cæsorum alti cumulantur acerui.
Veris ubi aduentum mollis cantauit hirundo,
Et Zephyrus Boream gelidum legauit ad axem,
Nauita cum primis scindit freta lata carinis,
Prætendens leuibus uolitantia carbasa uentis,
Tempora tota die sunt uenatoribus apta
Nam neque tunc horrent torpentia frigora brumæ.
Nec nimio uruntur florentia prata calore.
Tum facile est reperire feras, quas undique mollis
Cogit Amor: cunctæ stimulis agitantur amoris.
Et studio cunctæ sobolis, generisq; parandi.

Nil adeò est immane, ferum nil saltibus errat,
Vt blando uictum non & mitescat Amore.
Sic natura dedit. non quò breuioribus ulla
Clauduntur uitæ spatijs, numerosior illa
Hoc reparat proles, est unica machina mundi
Perpetua. Et multos uiuendo præterit annos
Phœnix, at sola reparatur denique prole.
Hinc querulis uolucrum complentur uocibus arua.
Hinc syluæ resonant, hinc purgatissimus æther.
Nec prius aut saltus, ignotá ue rura petamus,
Quàm fuerit notum quæ uenatoribus arma
Conueniant, queis dextra uiris armetur, & ipsæ
Queis sine non potuere feræ cædiq́; capiq́;.
In primis laquei pedicæ, longumq́; panagrum
Adsint, & falx, & lato uenabula ferro.
His addas amenta, leuis & robora pennæ.
Pugnaceis arcus, uallos, furcasq́; bicornes.
Atque lagobolion, & dextra flexile uimen.
Et quodcunque genus retis uenantibus aptum.
Viginti ualli, trigintá ue retia firment.
Sit retis duplex illis mensura: feraci
Cassibus adueniat lectum carthagine linum.
Phasidis aut campis rapidi mittatur aquosis.
Anulus hinc casseis suspensos plurimus ipsos
Contineat: preda ut concurrant retia capta.
At si uallorum fuerit minor ullus, in altis
Hunc poteris dorsis elatæ figere terræ.
Hinc atque inde canes teneant qui retia seruant
Vltima, dextra quibus iaculis armetur acutis.
Omnia nec nostro complecti carmine possunt.

R etia, non eadem cunctis animalibus apta.
S unt diuersa uiris pariter piscantibus illa,
E t uarijs confecta modis: nec casse in eodem
C um cephalo saltat thynnus, cancriq; marini.
N on illo trahitur uitulus, quo sepia rete.
N ec cum passeribus ueniunt ad littora cuncti.
A dde quòd & plumbum suspendit retibus imis
P iscator, quòd uallus abest, qui mergat, in unda.
I n summis retinetur aquis à subere retis
A ltera pars: hominum ualuit solertia tantum
V t uelut in terra, tensos in fluctibus altis
F irmarint casses spumantis in agmina ponti.
C ontrà uenanti nulla est penuria terræ.
R etia nec plumbum, nec suber molle requirunt.
S ed firmæ fixis uallis, furcisq; tenentur.
C ommoda nec duræ desunt anteridis. ipsis
A ucupibus pariter non desunt uimina longa.
N ec furcæ uirides, natiuo cortice ualli.
Hæc ubi parta, canes quæruntur cursibus acres,
Q uiq; probi generis sint, in certamina fortes.
N unc agè quæ paruo catulo sit cura legendo,
Q uis color, & species, quæ forma in corpore toto
C onueniat, referam: color est deterrimus albo.
N ec placeat niueis maculis signatus & atris.
A ut longis nimium uillis, fusco'ue colore.
S it torua facie, cilio sub lumina nigro.
O s habeat latum, quos & dixere caninos
Q uatuor infracto spectentur robore dentes.
L umina magna placent, & pectora lata, caputq;
G rande satis, collum longum, uillosaq; cauda

L onga placet, collecta caput quæ spectet honestum
I n spiram, latiq; humeri, sint fortia crura.
C rassa magis sint ipsa tamen postrema, micanti
S int aures tenues, patulis & naribus efflet.
H is animaduersis nimium nec crassa legantur
M embra, nec in tenui quærantur corpore uires.
H æc catuli species, hæc laudatissima forma,
Q uæ præ se fert sæuitiem: hòc est aptior ursis
Q uò magis accedet, fueritq; simillima toruis.
C æcropius catulus est quem dixere parhippum.
I ndicus, Argolicus, Thrax, & Cretensis, Alanus.
C elticus, Arcadicus, Spartanus, Thessalus, atque
C orsus, & Ausonius, Bretreus, Amorgus, Iberus,
I ncola arundiferi Nili, quem caria nutrit.
C astorides uenatori gratissima turba.
M agnetes, gregibus custodia fida Molossus.
S unt quos diaponos dicunt, uenantibus apti.
D elitijs Melitæus eris, non cursibus aptus.
T u quos ad studium uenandi legeris, & quos
D ixeris hinc comites cursus, cædisq; ferarum
Q uære mares: maribus maior uis est, animusq;.
E t melius tolerare ualent certamina longa.
P ræcipuum hinc inde à teneris impende laborem,
V t suescant pugnare feris hi cernere adultos.
E t uideant cornu, & uoci parere uocantum.
C um Phœbe decies nitidum compleuerit orbem,
P aulatim suescant cursus tolerare laborem.
F it facile à teneris quod primùm discitur annis.
E t nihil est quod plus longa assuetudine possit.
N ec nulla hinc merces sequitur te digna laborum

I n loca dura canes si duxeris, aspera montis
P er iuga, syluestri populo uix peruia, sæpe.
S cilicet hinc ungues solidæ, corpusq; labori
A ptius est paruo, magnum quod pertulit ante.
M agna laboranti frustra sunt præmia parta.
I nde ubi creuerunt, maturaq; uenerit ætas,
Q uos legis armento clauis armentur acutis.
A t quos uenandi studio delegeris, apri
F ulmineum ut uitent dentem, morsusq; ferarum,
H is face diploides, quas molli uellere comple.
S ed neque dura nimis collum collaria cingant,
L ata'ue. stelmoniæ catulis, & lora parentur.
A st ubi iam boreas inuadit frigidus arua,
E t glacialis hyems currentia flumina sistit,
A rcendæ à plantis concretæ frigore crustæ.
A tque armandus erit pes, ne mala frigora lædant,
E t tellus concreta gelu, spinæq; rigentes.
H is actis, quoniam labuntur tempora uitæ, &
O ptima quæq; dies, subit improuisa senectus,
E t morbus rapit, & sæuæ inclementia mortis,
E st proles reparanda tibi, pecus omne nouandum
D um licet: hoc studium uiuentia cuncta requirunt.
N am pater omnipotens qui nutu regna gubernat
C ælorum, & terras, & strati marmoris undam,
H aud facilem cursum miseris mortalibus æui
E sse dedit, uarijs torpentia pectora curis
M ouit, & ingenium fecere incommoda cautum.
V ere nouo poscunt genitalia semina terræ.
V ere magis teneri curatur uulnus Amoris.
C onueniunt Veneris captæ dulcedine gentes

S quammigeræ, totus pontus tum feruet amore.
I mpia tum posito mitescunt ora ueneno.
V ere sonant syluæ uolucrum concentibus altæ.
E t totus feruet Veneris dulcedine mundus.
C andida tum quærit cornutum bucula taurum.
A tque inter flores iungunt sua rostra columbæ.
V ere feræ, & catulis Veneris sunt gaudia curæ.
T um cuicunque canum studium, cui Delia curæ
C astra sequi, canibus subijt iam cura parandis.
V eloces celeri iungantur, fortibus acres.
F ortibus eximij nascuntur; Alanus iberæ,
C ares Threiciæ nymphæ iungatur, & Arcas
E læis: gens una tamen felicior una
N ascitur ex specie. ponantur nomina cuique
C erta cani, teneatq; ad summum syllaba bina.
P rotinus ut noscat uoces, & uerba uocantum.
P ræterea multum refert, cum uenerit hora
L ucinæ, & partus teneros in luminis auras
E diderit connixa parens, plena ubera matris
S iccent. nec primùm lactentes ora bouino,
A ut ouium imbuti tibi sint, uel lacte capellæ.
N atura, & mos nutricis cum lacte bibuntur.
C eruarum siccent, damarum'ue ubera, matris
C opia si desit, uel toruæ dura leænæ.
I n melius uertenda tibi est natura: uidemus
S ponte sua res in peius ruere, arbuta Bachi,
S i desint cultus, si laxis palmes habenis
H uc, illuc eat, & nulli sit cura colono,
N il feret; aut duris fiet labrusca racemis.
H oc quoque uenanteis primùm monuisse sagaceis

P rofuerit, catulos sectari montibus altis
N e uulpem patiantur: eos à cursibus illis
C ontinuò reuocent, ne spinæ corpora lædant.
Sed iam cura canum cadere, & succedere equorum
I ncipit, hos etiam uocat in sua Delia castra.
C apreolos, lepores, ceruos, damasq; uolanteis
S æpe necesse sequi spatiosa per æquora campi.
A t natura uiris pariter uelocibus esse
N on dedit: ingenio quibus est prudentia maior.
I dcirco quæruntur equi qui cursibus acres,
Q ui gyris apti sint, in certamina fortes.
N unc agè quæ species referam, quæ forma legendis
P ræpetibus quæratur equis. quæ prima iubemus
G rande satis corpus sit: membra rotunda, caputq;
E xiguum, densis uelentur corpora setis.
O s mediocre, breues aures, naresq; patentes.
N ec placet hirsutum cilium nimis, alba nimis'ue
L umina, nec latebris ueluti latitantia, frons sit
L ata, solum firmo pulset grauis ungula cornu.
S ed neque dura nimis placeat, nam scinditur æstu.
Q uæ tenera est, facili pariter consumitur usu.
S it longum corpus, & densum, pectora lata.
P er lumbos duplex & agatur spina: natesq;
S int pingues, sit densa iuba, & decumbat in harmo
D extro, compositum crus. omneis flectere nodos
P ossit: uelociq; fuga præuertere uentos.
C auda decet crassa, & setis densissima longis.
E st albo color haud aptus, candore niuali
A ptus equus, pariter maculis signatus amænis.
O mnibus est aptus color hic qui purus, & ipsa

I n specie syncerus adest, maculæq; nitentes.
O ptimus Armenius pullus, Tyrrhenus, Achiuus.
A rcadicus, Maurus, Siculus, Thrax, Magnes, iberus.
S armaticus, Lybicus, Cretensis, Erembus, Epeius.
C elticus, Ioniusq;, Epiriq; incola campi.
D enique quàm uarium genus est mortale, & equorum
P rogenies, tamen in quauis uirtute uidebis
P ræstanteis specie, nulla est ita prouida tellus
V t non triste ferat quid, non ita perfidus ullus
V t non quid pariat mortalibus utile campus.
C ernis ut urtica, & spinis paliurus acutis,
P urpureæq; rosæ surgant, uiolisq; propinqui.
Q uod superest, semper quandò uelocior est mas
Q uære mares: arcenda procul tibi fœmina solis
S altibus, eius odor patulis si naribus hæsit,
D iscurrunt Veneris capti dulcedine campos.
I ntempestiuis hinnitibus intonat æther.
C oncussæq; tremunt syluæ, nemus omne remugit.
N il calcar, nil fræna iuuant, nil sæua morantur
V erbera, nil alti montes, nil fluminis undæ.
Q uò Deus acer agit, stimuloq; potentior omni
H uc fugiunt, huc fert animus, huc tota uoluntas.
E xcutiunt equites, syluasq;, ferasq; relinquunt.
V velociq; fuga superant plana æquora campi.
Q uod si forte tenent equites sua fræna, reguntq;,
D iffugit tamen hinnitum perterrita dama,
E t quæcunque feræ syluas, monteisq; pererrant.
C apadoces dicuntur equi præstare superbis
C ursibus, atque animis. ueniunt uenantibus usu,
M ilitibusq; feris, splendentibus ære cateruis.

Præterea iuuenes quos in sua Delia castra
E ligit, haud nimium pingueis, tenueis'ue iubemus,
N ec uenatori spargantur tempora canis.
S æpe feras per densa sequi uirgulta necesse est,
S ublimem uel scandere equum, aut decernere ferro.
T ardior in pugnas pinguis, cursusq; laborem.
F ert ægre senior, cursumq; & prælia longa.
N on audit uoces horum Dictynna precantum.
S unt tres bellantum species, tria castra parantur.
H æc regit immanis Mauors, quiq; impius ære
I n se se armauitq; homines, & strauit in aruis.
M ilitiam iuuenis petit, & tua castra Cupido.
H unc armas precibus, lacrymis, donisq;, querelis.
T ertia uenantum curæ tibi Delia castra.
R etibus hos armas, & ferro diua nitenti.
N on capit annosum Mauors, Dictynna, Cupido.
N on ille acceptus primis, non ille secundis
A ccipitur castris, reiectus & ille supremis.
Q uòd si consilium senibus, si plurima rerum
V isarum memori desit prudentia menti,
I am nihilum quod restet erit: sunt fabula uana.
Q uid'ue aliud quàm pondus iners, & inutile terræ?
Dicendum & quæ sint uestes uenantibus aptæ.
N ec decorat tantum uestis gestamen honestæ
Q ua pro quisque suo uestitur munere, quantum
M uneribus sumptis prodest, rebusq; gerendis.
C onueniunt longæ uestes qui publica tractant
M unera, consulto iuris, populumq; regenti.
C onueniunt arcana quibus creduntur, & altè
P ectore consilium quorum latuisse iuuabit.

C onueniunt succincta uiris uenantibus ipsa
P allia, ne rapiant spinæ, aut uirgulta morentur
C urrenteis, rapido resonent neu flamine uenti.
P rofuit & nudis pedibus uestigia quæri
C æca feræ, ne fracta sonent arentia ligna
S ub solea, moneantq; feras sua linquere lustra.
S cilicet aduentasse uiros, mortemq; parari.
S emina tum credis scopulis arentibus æstu.
L æua canes ducat longis, durisq; ligatos
L oris: ne intempestiui certamina tentent.
S ed tamen hos facile & possis immittere uiso
C ontinuò lepori, nec uincula stricta retardent.
V enantis lato teneat uenabula ferro
D extera: uenantes taceant hominesq; canesq;.
H oc suescant catuli præstare silentia parui.
Quod superest celeris catuli cui credita cura,
N utriat illecebris hunc, & sibi iungat amore.
S ic facile & noto domino parere iubenti
D isceret, acceptisq; sequi uestigia signis.
N am neque difficile est natura cùm sit amicus
C onciliare tibi catulum, custodia fida,
I nconcussus Amor canis est per tempora multa.
P yrrhus inauditum catuli testatur amorem:
C uius (uti fama est) dominus cum forte iaceret
I nsidijs cæsus, stabat lacrymabile corpus
O bseruans, non ille cibi, non fontis amore
A bduci poterat, cupiens miserabilis usque,
V sque querebatur dominum, lacrymasse putares.
L eniter interdum uultum lambebat, & ora.
T um rursus lacrymans Dominum, residensq; uocabat.

Quæ

Quæ res ut Pyrrhi regis peruenit ad aureis,
Indoluit: miratus enim quo uinculo amoris
Sint homini deuincta canum fidissima corda.
Nec uisum est audisse satis, sed cernere coràm
Rem uoluit, cupiens ulciscier impia facta.
Nullus at in totis reperitur denique castris,
Qui fuerit cædis, qui tanti criminis autor.
Inde canis domini tumulato funere regem
Multa gemens sequitur, lætatur tempore nullo.
Non ille illecebris, non blanda uoce mouetur.
Sollicitant curæ domini languentia corda.
Pectora non capiunt noctu, non luce quietem.
Pluribus exactis Pyrrhus per castra diebus
Ibat, ut instructas acies, & uiseret agmen,
Admiranda cano: sed priscis cognita sæclis,
Terrarum totum iam decantata per orbem.
Forte canis nouit dominum qui nocte cecidit,
Autoremq; necis: latratibus excitus altis
Hunc accusabat cædis, solumq; petebat.
In pœnas poscebat eum, Pyrrhumq; uocabat
Queis poterat signis: hunc aspiciebat, & inde
In domini autorem cædis latrabat. apertè
Vt scirent omnes domini quia funeris autor.
Tum rapitur miles manibus post terga reuinctis,
Ducitur irati mox ad tentoria regis.
Hic gaudere canis posito mœrore, benignis
Blanditijs multis regem mulcere, proteruus
Vt daret emeritas miles pro crimine pœnas.
Intulit huic mortem quod non sperauerat unum
Cognita res tandem. nec possunt impia facta

D elituiſſe diu. teſtatur Capparus olim
A ctæi templi cuſtos, rigiduſq; ſatelles.
N am fuit & Phœbo, nymphaq; Coronide nato
S acratum templum, ſacrata in Palladis urbe.
A rgenti diues, donatæ ueſtis, & auri.
M ultaq; ueſtibat muros uotiua tabella.
H uc ægri ſoliti qui conualuere medelis
M unera ferre deo, conſperſa cruore iuuenci
V ſque tepebat humus, ſemperq; calentia thure
S tructa Deo centum ſtabant altaria circùm.
C uncta ſacerdotum ſeruabat munera curá.
H os latuit, uigilis quanta eſt ſolertia furis,
M unera multa uirùm rapiens fur, uiſa relictis
Q uæ precioſa magis, argenti pondus & auri
A rte laborati. cuſtodes non tamen omneis
E t latuit, uigil unus erat cuſtodia ſemper
F ida canis, cui Capparo erat nomen. deus illi
D iuino afflatu ſeu mouit prouida corda.
S eu res quæque ſuas animalia cuncta tuentur,
H uic noſtro ſtudio, noſtræq; obnoxia curæ.
N oſtra putamus enim tutelæ credita noſtræ.
N eſcio quo templi ſeu res ſeruabat amore,
A c ueluti illius cuperet diſpendia, furem
P onè ſecutus eum eſt ullo non inde timore,
B landitijs'ue minis'ue poteſt diuellier unquam.
Q uòd latuiſſe uiros ſeruanteis nouerat. illum
S æpe canem ſaxis petijt fur, ſæpe latendo
F allere crediderat: ſed nulla denique fraude
D ecepiſſe ualet, ſemper comitatur euntem.
H unc accuſabat latratibus, uſque petebat

Q uæ cepit dominos latitans de diuite templo.
B landitijs alios mulcebat, non ſecus ac ſi
A uxilium peteret. quæ res ut uenit ad aureis
A ctæi populi, multis narrata ſequentis
F orma canis, multi magnis mittuntur Athenis.
M unera raptori rapiunt, furemq; reducunt,
T um gaudere canis partis quæ amiſerat antè.
E t rurſus petijt templi ſibi limina nota.
F ur dedit emeritas tanto pro crimine pœnas.
T antus amor canibus, tanta eſt cuſtodia rerum.
D ecreuere canem patres per tempora cuncta
N utriri lautè, merces hæc una laborum
D igna canis, tanto ſed non & commoda facto.
P oſſem multa canum uariorum exempla referre,
N i pigeat ſtudium paruarum noſcere rerum.
Nec paruæ canibus curæ eſt cuſtodibus ipſis
E t res, & dominus: teſtatur uertagus acer.
N am ſolis agris, & ſolis ſaltibus errat,
A tque capit quodcunque poteſt, prædamq; reportat
H inc domino: nullo tardatur munere, nullis
B landitijs capitur. ſua pignora cara putares
N utrire, eſt tantæ domini cuſtodia curæ.
M ulta exempla canum ſunt priſcis cognita ſæclis.
H is tamen haud noſtris multò peiora diebus.
S ed res in peius tendunt, ſunt deteriores
Q uàm fuerint hodie. nummorum ſola libido
N unc omnes complet libros: nil inclyta facta
C urantur, nil egregium committere chartis
M os eſt. obſcuris uoluuntur cuncta tenebris.
Q uid niſi mollitiem noſtram, lucrumq; minores,

Q ua ratione legent mercator iunxit aceruo?
P lebeio plebeia canunt idiomate cuncti.
Q uot nam Bergnus ait, latoq; Bocatius ore,
Q uæ foret æterna cælari nocte decorum?
S ed reuocant Dryades, syluarum numina sancta
E rranteis ad lustra petunt, atque antra relicta
S acrati nemoris, uiridans ubi populus illa
A lta tegens ramis prædulci murmurat aura.
Nunc quo conueniat uenari tempore, uel qua
P arte anni, lucisq; mihi narrate Camænæ.
N auita ueliuolæ quum pandit carbasa puppis,
E t secat hyberno posito freta lata tumultu,
T empora tota die sunt uenatoribus apta.
L umine quum primo Phœbus lustrauerit orbem,
I amq; parentur equi, casses, hominesq;, canesq;.
L ataq; rura petant quærentes lustra ferarum.
M ox ubi sol medium cæli conscenderit altus,
E t paribus spatijs Eoæ littora terræ,
O cciduasq; domos distanteis uiderit, & quum
S ignificans gregibus pastor florentia rura
L iquerit, & natis referent plena ubera matres,
T empus gramineis est prandia sumere mensis.
S unt ubi labentes fluuij, fontesq; perennes.
V mbrosi nemoris natiui pumicis antra.
V el quercus sacrata Ioui, uel grata Coronæ
P opulus Herculeæ: ridentia marmora musco.
V enanteis homines sequitur iucunda uoluptas
P lurima, nec sudore minor. de rupe ruentem
N unc aprum cernunt, nunc alta rupe morantem
P rospectant ceruum. uenator cominus illum

Mirantem cædit, catulos uel ponè timentem
Retibus implicuit, ferroq; obtruncat acuto.
Ipsa fames iucunda uenit uenantibus. ullas
Delitias non expectant, quas improba uentris
Ingluuies reperit. contenti simpliciori
Sunt mensa. nec fæmineus syluestria luxus
Ingreditur. carpunt alto quæ plurima monte
Nascuntur, quæ sylua tulit. si lumina quando
Arrepit somnus fessis medicina laborum,
Inuitant uolucrum cantus, dulcesq; susurri.
Et Zephyro quæ sylua tremit iactata sereno.
Nec desunt herbæ molles gratissima strata.
Inuidiosa toris auratis, murice tinctis.
Pòst ubi graminea dudum requieueris umbra,
Et sol de medio cæli descenderit altus,
Lata per arua canes rursus uestigia quærant.
Donec in Oceanum flammatos lurida solis
Præcipitarit equos nox: primaq; duxerit astra.
Mox ubi iam primum cuculus cantauerit æstum,
Et querulis latè resonabunt arua cicadis,
Sub lucem tremulis etiam splendentibus astris
Iam petere arua canes celeres, saltusq; iubemus.
Immodici interdum delent uestigia rores.
Plurimus & grauidis diffusus nubibus imber.
Aut grauis arboribus incumbens flamine uentus.
Hoc libuit monuisse prius, ne forte Dianam
Incuses deleta petens uestigia frustra.
Aestate inuenies uestigia recta ferarum,
Quæ fuerant olim uernis obliqua diebus.
Cùm syluis agitabat Amor, Venerisq; Cupido.

Sol ubi flammiuomus consperget lumine campos,
Excutient matutinas & gramina guttas,
Cùm grauis incumbit campis arentibus aeeus,
Linquendi saltus, & limina nota petenda.
Inuisa est adeò canibus uelocibus aestas.
Impediunt herbae currentes, & premit aestus.
Vt uer est homini, canibusq; sagacibus aptum.
Nam neque tũ nimius calor, aut noua gramina tardant.
Interdum rapiunt uestigia floris odores.
Quum repetunt armenta nemus, cum pascua laeta,
Area nec Cereris grauiter gemit usta calore,
Rusticus ad uentos paleas sed iactat inaneis,
Mitior est terris solis calor. arua iubentur
Rursus adire uiri uenantes, atque canum uis.
Ast ubi Libra diem paribus diuiserit horis,
Et noctem, uel dira Nepae quum surget ab undis
Stella, coronatus pomis Autumnus apricis
Collibus insidens pluuium cantabit ad Austrum.
Quantuscunque dies est uenatoribus aptus.
Nam neque tunc aestus laedunt hominesq; canesq;
Currenteis, nimium nec gramina longa retardant.
Non hyemis glacies concreta fluminis unda.
Est eadem ratio uenandi quum legit uuas
Rusticus, eq; fauis liquentia mella premuntur,
Quum trudunt nudos spumantia labra racemos,
Fructilegiq; uirent solertis tecta coloni,
Quae fuit antè: grauis cum primùm inuisa colubrae
Candida uenit auis, tellus renouatur aratro.
Hoc etiam meminisse iuuat: cum candida Phoebe
E regione uidet fratrem, cùm distat utrinque

P ene æquo spatio pulsantibus æthera flammis,
N on adeò redolent uestigia cæca ferarum.
Cùm uitream glaciem turgentia flumina trudunt,
E t pontem concreta gelu dant antè carinis
S ulcata, aggeribus niueis latet abdita tellus,
P ars media est lucis duris uenantibus apta.
P hæbus ubi primùm liquidis extollitur undis,
C aliuagis uel demit equis iuga flammea, frigus
F erre graue est. coit unda prius resoluta tepenti
S i qua calore fuit solis cum sydera surgunt.
E t noua lux actæ sapiet mala frigora noctis.
I nterdum rapiunt imbres uestigia densi.
N unc glacies concreta, niues, gelidæq; pruinæ.
S unt hyemis longi tractus quos noctibus errant
P er nemora alta feræ. sed iam demittere uela
T empus adest primum demensis nauibus æquor.

NATALIS COMITVM

DE VENATIONE

LIBER SECVNDVS.

Iuliani Mundi ciuis Veneti in librum
secundum argumentum.

A st elephantorum narrantur honesta secundo
C oniugia, & patria, & mores, uenatio, & æuum.
C uncta Lupi pariter, pariter narrantur hyænæ.
F œcundumq; genus Leporum. generosa Leonum
S emina. & hyrcanæ falluntur tigrides arte.

H ACTENVS arma, canes, homines, &
robur equorum.
N unc Veneris stimulos, sæuiq; Cupi-
dinis igneis,
T empora Lucinæ, uenantum furta
canemus.
H æc quoque respicias Francisci nobile germen
R oboris, Ausoniæ decus insuperabile Iuli.
E ripe me his tenebris, & habenti nubila terra.
L ittora deserimus. discedere terra uidetur.
E ia agè rumpe moras: uentis impleto secundis
C arbasa, da pelagi tranquillos currere fluctus.
S yluarum, nemorumq; deæ, luciq; sacrati
C ura quibus Dryades secratos pandite saltus.
Q uam uaria Oceani proles sub fluctibus altis
Q uantaq; turbat aquas moles, erratq; per undas,
T am uarium, tantumq; genus super æquore terræ

C ernitur. est uarijs diuisum piscibus æquor.
F luctibus hic summis, ast hic uersatur in imis.
O ceanus piscem tulit hunc, ast algifer illum
A dria. non'ne uides diuisas aëris oras?
I n summum uolucris uolat hæc, uolat altera in imum.
V tq; cupit colleis saxosos altera uitis,
A ltera amat pinguem, lætaturq; ubere campi.
S ic quoque diuisus uarijs animalibus orbis.
F lorida fert magnos elephantos India. tigreis
A rmenia. atque alibi nascuntur dira Leonum
S emina. sunt oryges alibi, sunt dorcades illic.
D enique nec passim celeres nascuntur iorci.
N ec uarijs panthera notis, mimusq; pithecus.
N on una atque eadem fert omnia gramina tellus.
Q uæ mare, quæ terras habitant, quæq; ætheris oras,
P lura uiris ignota, uirùm solertia longa
Q uam norit. nam quis species, uel nomina quæ sint
N osceret? at pridem desunt sua nomina multis.
Q uòd noua nascuntur semper terraq; mariq;.
N ec maiora freti uoluuntur monstra baratro,
Q uàm quæ terra tulit: conuolui marmor ab imo
C redas, quum uasto se uoluunt corpore cete.
C ete Atlantiaci fastus, & gloria fluctus.
F rondosos nutare putes cum uertice monteis,
Q uum uasto incedunt elephantes corpore magni.
S ed tamen & tanta hæc moles, hæc corpora tanta,
M agnanimo rerum domino uincuntur Amore.
Cùm niueo cerasi uestitur planta colore,
E t teneræ erumpunt uiridi de cortice gemmæ,
C umq; nouis uiolis redolent florentia rura,

Dispulit & nubes hybernas mitior aura,
Quatuor exactis lustris labentibus annis
Concipit ingenteis elephas in pectore flammas.
Non tamen ut pugnet reliquis. huic alma decorum
Ingenium Natura dedit, nec gloria digna
Creditur his super occidi, uel cædere uictos.
Et quantum humanum genus est uirtutis, & æqui
Seruator, tantum capitur uirtutis amore.
Nullus adulterium committit. fœmina masq;
Secedunt thalami quum uenit tempus ab omni
Agmine, quinque dies simul hi, soliq; morantur.
Post ubi sexta diem patefecit clara serenum
Memnonis exoriens mater, stellasq; fugauit,
Fontanis purgantur aquis, uel flumine uiuo.
Nec prius hinc socios, & sueta armenta requirunt.
Tanta pudicitiæ cura est animalibus istis.
Exactis pariunt annis hinc parua duobus
Pignora, quod spatium partus Lucina moratur.
Aethiopi, Mauro pariter nascuntur, & Indo.
Sed tamen hos reliquis maiores India nutrit.
Tristantur rapto, parto lætantur honore
Corda elephantorum studijs obnoxia nostris.
Multiplici petitur certamine gens elephantum.
Nanque alij circùm fossis, atque aggere cingunt.
Aggeribus clausos longa obsidione fatigant.
Ac ueluti clausi muris, & turribus altis,
Quos uictus tandem penuria uicit, & hostis,
Sunt faciles, fastumq; ferunt, subduntq; potenti.
Sic hi uincuntur studioq; fameq; sitiq;.
Venantur sic quos cupiunt in Martia castra.

Ascendunt alij domitos, & fræna reponunt.
H inc nemora alta petunt. armento quem procul esse
N orunt, hunc loris domitant, & uerbere multo.
D onec defessus iaceat prostratus harena.
T um domitum credunt cùm cepit gramina primùm
H umana porrecta manu. nec mitior ulla est
H umano generi, fera siquem nouerit esse
F raude procul. sunt qui foueis uenentur, & altè
D efossis puteis. à tergo hinc agmine multo
V enator premit. ut norunt armenta elephantum
S uccurrunt lapso. saxis atque undique ramis
C ongestis replent foueas, redimuntq; cadentem.
V sque adeò ingenium mite est elephantibus, alter
F raterno alterius damno succurrit amore.
S unt gemini exerti dentes. promuscide longa
P rosternit plantas altas, fructus legit ore.
C auda breuis: magno pro corpore protinus ipsa
P arua carent nodis, faciliq; uolumine crura.
F orte caput, paruæq; aures, nec lumina quanta
H oc tantum poscat corpus, sint grandia quamuis.
N igra cutis. tergus nullo penetrabile ferro.
H uic paulò uillis est uenter mollior atris.
I ncumbens tereti palmæ, fagoq; uirenti,
D ecerpit tacitè blandum per pectora somnum.
H æc quoque uenandi ratio est. ea planta secatur.
H uic cadit incumbens elephas, hac uincitur arte.
S ed neque mox facilè magno se pondere stratus
T ollit humo. siue hoc monocampti tibia cruris,
S eu pes horrendis armis spoliatus, & ungue.
I ntegra uix quino signatur limite planta.

N am quibus ingenium prudens Natura negauit,
T radidit his ungueis, denteis, aut cornua dura.
L æui radices conuellit robore dentis.
A t dextri uenatoresq́; ferasq́; trucidat.
S æpius hi terra ueſcuntur, ſæpe lapillis.
P aruorum ſenibus mira eſt cuſtodia. flumen
T ranantes primi iuuenes queis corpora parua
I ngrediuntur aquas. ſeniorum flumina mole
N e nimium creſcant, iuuenes mergantur in undis.
F lumine digreſſis ſenior præcedit, & agmen
E xtremum claudit quicunque ætate ſecundus.
O mnibus eſt ſpatium longum, longiſſima uitæ
T empora: uiginti bis dicunt uiuere luſtra.
. Carniuoris color eſt idem, mens impia ſæuis
A tque cruenta Lupis. imitantur lumina flammas.
N octe procul cernes radiantis lampadis inſtar.
F orma refert catulum, nares, & greſſus, & ungues.
H orridior tamen aſpectus, ſpeciesq́; tremenda.
F orma Lycaonios, & terga horrentia ſetis
N unc etiam referunt animos, atque impia corda.
P erfuſi pecudum cæſarum ſanguine gaudent.
E t cùm prætereunt currentia flumina multi
F ortior eſt reliquis dux. caudam mordicus illi
P onè ſequens tenet ore, Lupis hic omnibus ordo.
V iuere Niliacis nulli dicuntur in oris,
M ontibus aut Aphris. qui ſunt dicuntur inertes,
E t parui. tanti patria eſt, primiq́; penates.
S cilicet & multum refert ad corpora, uireis,
E t mores, genitale ſolum quæ ſydera ſpectet.
E ſt coitus meta his bis ſex conceſſa dierum.

V er ubi dispellit nubes, & purior æther
D educit sine fece dies, in pectore flammas
C oncipiunt, & more canum iunguntur. in unum
C onueniunt quos cogit Amor, Venerisq; Cupido.
H eu male tum solis erratur saltibus. unam
M ulta lupam sequitur turba: hinc fera prælia miscent,
P rælia dura super Veneris dulcedine: uicti
V el fundunt dulceis animas, uictoribus ultrò
V el cedunt, cunctis est uincere certa uoluntas.
C ernis uti tauri pugnantes sanguine fuso
M embra lauent, semperq; magis pulsantibus ardent
F luctibus irarum. carpit formosa iuuenca
I nterea gramen, miseros nec spectat amanteis.
T ertius interdum potitur certantibus illis
B ellorum causa. sic hi dum prælia miscent,
H ic fruitur felix horum mercede laborum.
Q ualis Capreoli uenatio, & ipsa Luporum.
F ert balista necem. saltus hi rete coronant
I ncultos, casseis nequeunt ubi tendere, ramis,
A rboribusq; uias densant, ut peruia nulli
P ars ea sit. latos saltus indagine cingunt,
D iscurrunt nemora alta canes, hominesq;: ferarum
S i qua fugit, plantæ catuli ducuntur odore.
E t cogunt in rete, ferit qui retia seruat.
S tructaq; syluarum ramis magalia linquit.
C æduntur miseri, nec spes datur ulla salutis,
P arcere quòd nullis didicerunt antè. rigentes
I nterdum pugnant canibus, laniantq; uicissim.
E t rabido quærunt extremam dente salutem.
S ic ubi planities completur qui oppida cingunt

H oſtibus, atque acies longam traxere coronam,
M œnibus incluſi ſperant fera fata: ſed armis
N ituntur decorare prius poſt funera mortem.
S æuorum ſpecies dicuntur quinque luporum.
E ſt ingens horror canibus ſi pellibus horum
I ndutus plantas cedas. uocem his rapit horror,
V t rapuere prius uiſis mortalibus ante.
P ræterea colli ſi fiant tympana pelle,
C ætera cuncta ſilent ingenti uicta ſonore.
P aſcitur eoi ſimul incola pſitacus arui.
N eſcio quo feruore lupis deuinctus amoris.
P ar numerus canibus catulorum, & tempora partus
N aſcuntur cæci, uomitumq; cientia carpunt
G ramina. ueſcuntur terra. quum tollitur undis
S corpius, & lucem rapuit mortalibus almam
P ræcipiti labens curru Phaetontius heros,
T empora Lucinæ ueniunt his. pondus in alta
D eponunt uentris ſylua, cæcisq; latebris.
F œmina biſquinis uterum geſtare diebus
I nſuper & binis fertur. quo tempore quondam
F ugit hyperboreis in Delum ſplendida Phœbi
M ater, & ignotam ſumpſit mutata figuram.
T heſſala terra lupos, & diuitis inſula Cretæ
F erre negant, uti fama refert. triginta diebus
B is actis alij referunt hos edere partus.
At thoes pariter celeres, & curſibus acres:
S unt breuiora quibus crura, exporrectaq; cauda.
L ongius & corpus. thoas natura negauit
V eloces numero fœtus æquare priores.
N unc duo, nunc treis, ad ſummum ſed quatuor edunt.

R etibus impliciti ſupremam dente ſalutem
E xperiuntur & hi . nulla in diſcrimine uitæ
P onuntur, mortis duros ut uellere nodos
V nguibus, ingenio, morſu, pede, uiribus, arte,
N on tentent. grauiora pati nec morte putatur.
C ætera quæ capiunt pugnando fortiter hoſti
V ulnera, creduntur nigræ medicamina mortis.
E ſt ubi temperies cœli iucunda , uirorum
N i cadat inſidijs lupus , huic ſunt tempora uitæ
L onga : octo fertur uiuendo uincere luſtra.
H umano generi natura thoes amici.
A dmiranda quibus data ſunt obliuia rerum.
E ſt quando diuerſa feris natura , puellæ
P andite Oreſtiades, iam ueſtros pandite ſaltus.
E t nemorum ſecreta loci , colliſq; ſupini.
I am uarios campi aprici narrate colonos .
His magis hirſutæ multò naſcuntur hyænæ
A phrorum terris : catulis inimica propago.
M agnanimo pariter gens hæc inuiſa leoni.
F lectitur in medio uilloſi tergoris . arcta
H is porrecta caput coniungit ſpina . nigranti
L imite uillorum tergus ueſtitur utrinque .
S unt magis hirſutæ cùm ſpicea protulit Aeſtas
C rine coronato paleis flauentia ſerta .
N octiuagæ color eſt oculis incertus hyænæ.
M ille refert uarios acies inſpecta colores .
Q ualis ubi aduerſo radiantis lumine Solis
G utta micat nubeis inter , cùm labitur imber
S ed nondum uenit ad terram ſub nubibus atris.
H uic Sol exoriens noctem , tenebraſq; reducit .

A ſtra diem referunt nigro ſurgentia cœlo.
F œmina præterea, maſq; idem creditur eſſe.
S ic fertur uulgò. ſed non & poſſe uidetur
S ic fieri ratione. feruntur prouida mater
Q uæ gignit Natura mariſq;, & fœminæ amore.
H oc generare modo poſſunt generata uiciſſim.
A tque ideo perfecta ferunt. quæ ſponte uidemus,
E t nullis uinclis, & nullo fœdere naſci
C oniugij, ſed corruptis conſurgere rebus,
I mperfecta leueis ſurgunt in luminis auras.
Q uòd reparare genus nequeunt exorta uiciſſim.
H æc non natura fieri ſurgentia nullo
C oniugij uinclo dicendum: aſt accidit illud.
A lituum, pecudumq; genus, quæ fluctibus errant,
O mnia permiſto ſexus ſunt ſemine nata.
P ræterea Natura facit quod præſtat, inerſq;
N il agit: & finem cunctarum ſedula rerum
P roſpicit. hoc fecit, melius feciſſe quòd hoc eſt.
C ommoda, & utilitas, rerum ſic eſſe neceſſe,
A lma tibi fines rebus Natura creandis.
S incerumq; cupis cunctis animalibus ortum.
A t confuſa magis ſi hoc concedatur hyænis
D icenda es. binæ coeant ſi tempore eodem
(N am neque concipiunt ex ſeſe, & poſſe fateri
A bſurdum: ut naſcantur equi de flamine uenti.
P erdices pariant audita uoce mariti.)
A ltera pars ſexus iunctis ceſſabit utriſque.
A tneque natura eſt illis ſic eſſe neceſſe.
D iuiſum genus eſt. ualeant mendacia uulgi.
A equora cùm primas patiuntur ſtrata carinas,

Et uer

E t uer diſpellit nubes, cœlumq; ſerenat,
F lammatis telis cunctæ feriuntur Amoris,
A tque mares plures unam ſectantur hyænam.
I mperitat gregibus mas, paruaq; pignora caſtrat.
N e comites habeat Veneris, materq; tuetur.
A ſt ubi iam ſextus menſis præteruolat alis
P ræpetibus, partum expectat Lucina recentem,
H inc duo, tres rarò partu naſcuntur eòdem.
A t paritura parens nemorum in ſecreta recedit.
S int ut ab inſidijs partus hominumq; ferarumq;
A bditi : & incurſus fugiant, mortiſq; ruinam.
L uce latens ſua luſtra fouet, paruoſq; nepotes.
N octe cibum quærit dum carpunt cætera ſomnum.
A ſt ubi quæruntur canibus uenantibus, ingens
S i ſit turba canum curſu petiere ſalutem .
R es utcunque tulit fugiunt, nec lumina cernunt.
I n caſſeſq; cadunt, ferro uenator acuto
I rruit, obtruncatq; trementia pectora telo.
A t ſi nec canibus multis in rete premantur,
N ec timeant magnos ſtrepitus hominumq; canumq;
A tergo, & poſſint campo committere aperto
P rælia, quid ualeant coràm feciſſe periclum,
T riſtibus auſpicijs occurrit primus, & atris.
E xperietur enim quantos in pectore fluctus
I rarum uoluat, rabies ſit qualis hyænæ.
V iuere luſtra feræ ſeptem dicuntur & iſtæ.
S uſpendunt alij uitreis in uaſibus altè
H umanum ſtercus, quod lati uulneris illi
E ſt medicina feræ : ſed ne contingere poſſit.
H æc ſperans ſemper præſentem poſſe medelam

N anciſci, moritur decepta cupidine: & alto
Q ui grauis ingreditur per pectora læſa dolore.
P oſt ubi iam fueris curſu, longoq; labore
D efeſſus (nec nullus enim currentia ſudor
O ra lauit) ſolisq; calor premet arua, iacenti
P ræbebunt molles umbras uirgulta, perennes
A rboris haud deerunt umbræ, uel pumicis antra
N atiui, rapiet partum ſpelunca calorem.
Q uinetiam uitreus fugiens per gramina riuus
M urmura grata ciet, placidumq; uocantia ſomnum.
A dde quod & poteris gratum reperire lauacrum,
E t pacare ſitim. tam gaudia multa ſequuntur
V enantes homines, ut noſtro dicere uerſu
O mnia, ſit fragili ſcopulos ſecuiſſe carina.
Nec lepores noſtro fugietis carmine molles,
F œcundumq; genus, ueluti ſub tecta columbæ,
Q uæ paritis toties, quoties uenere calendæ.
P lurima planta quibus ſecta eſt animalia, cæcos
E mittunt catulos tenues in luminis auras.
H oc uitium lepori facilis Natura negauit.
V na negat lepores tellus prudentis Vlyſſi.
S unt multæ leporum ſpecies, qui collibus errant
A ppennine tuis, ſummumq; uagantur Amanum,
C reduntur niuibus paſci, niueus color illis
E ſt quia. cærulea glacies quo tempore primum
L iquitur, & gelidæ labuntur montibus undæ,
P aulatim color eſt illis rubicundus. in illum
V ertitur hic candor, uix credas eſſe priores.
N unc duo, nunc tres, interdum quoque quatuor edunt.
B t nemorum ſecreta petunt, uirgultaq; denſa,

I ngeniosa cohors leporum : sed murmure paruo
T errentur , facilem capiunt per membra timorem .
I nterdum rapidis tolerare sonantia uentis
I n syluis folia haud possunt , ob murmura frondis
C orripuere fugam : defesso corpore tandem
Q uæ fugere diu patiuntur murmura tutò.
S anguinis aerij tulit hoc natura . uidemus
Q uæ cursu leuiora , timent magis omnia . motus
C oncipit aerius faciles in pectore sanguis.
C ernis ut immodicas pernices pectore cerui
C oncipiant furias cursus . fluuiosq; rapaces
C ontinuò tranent . nec tantum lustra morantur,
N ec syluæ , uel prolis amor , fontisq; nitentis,
Q uantum pulsat iners timor hos, clamorq; sequentum.
H oc , ut fama refert, horrescens murmura frondis,
C eperunt animal furiæ , tua munera questum
A lma parens Natura, nihil quod repperit usquam
T ristius , & tantum capiens per membra timorem.
M ulta uolutanti placuit sententia : uel se
P ræcipitare iugis , aut alto mergere fluctu.
C um uitrei peteret currentis fluminis undam,
P rotinus insiluit flumen perterrita rana.
I nde lepus didicit tranquillo pectore sortem
F erre suam , tenuitq; metum quem ceperat ante.
P ropterea tam tempestas , & tempora nobis,
V entorumq; dies seruandi , & sydera cœli,
Q uam freta qui sulcat ratibus spumantia pandis,
V entosasq; uias currit , nauemq; gubernat.
S ydera cuncta notat , uenturaq; tempora discit.
N unc spectat geminos Hædos, Claramq; coronam.

E t nunc Arcturum, nunc te formosa Celeno.
N unc pluuias Hyadas, nunc spectat Oriona clarum.
N ec solum quoniam strepitus, clamorq; secundus
V enantum facile inde premunt in retia ceruos,
S ed quia si flarint aduersæ flatibus auræ,
N aribus accipiunt prætensi retis odorem.
O ccidua si forte plaga qua nocte rubentes
P ræcipitat Phœbus currus, orbemq; relinquit,
A phricus aspirat, uenator Cæciæ in oras.
A t si spirarint æstiuo cardine Cauri,
E t leuis Argestes, uulturni regna petantur.
Q uem latet aduersum Boreæ te flatibus Auster?
R etibus & canibus leporum timidissima turba
C apta perit, uenantur aues. est plurima læti
H is uia, nec prodest Spartanæ more sagittæ
A ufugere, & rapidos cursu præuertere uentos.
L ætantur uenatorum exultantia corda
C ursibus ut longis, & decertatur aperta
P lanitie, clamore canes & uoce sequentum
Q uisque iuuat, sequiturq; simul clamore secundo.
E sse canes cupiere ferè, & decernere cursu,
Q uoq; ualent animo leporem cepere fugacem.
T antus amor lepores uenandi, gaudia tanta.
H ic mens, hic animus, hic est & tota uoluntas.
P ræponunt reliquis una hæc solatia cunctis.
E xiguo primum uenandi captus amore
M ox neque sponte ualet diuelli, linquere non est
V enandi studium facile. hunc tot uincula nectunt.
S unt parui lepores, auris longissima, quæq;
P romittat magnum corpus, quæ fortia membra.

F orma breuis capitis. fulgentia lumina, ſed quæ
N unquam claudantur ſomno: timor uſque ferarum
S ollicitat, uigiliq; occurrunt ſemper amores.
N ec gens in ſyluis errat fœcundior ulla.
N anque parit catulos, & eodem tempore uillis
I ndutos utero geſtat. partusq; recenti
C oniugio incœpti grauida formantur in aluo.
S unt genus ambigunm lepores, trochus, acris hyæna.
Q uod tria naturam dicuntur habere duorum.
P ræterea leporis uilloſum lingua palatum
L ambit, & hoc uni tribuit natura, decemq;
A nnorum ſpatij concluſa eſt limite uita.
C aſtorides leporem celeres ſectentur aperta
P lanitie. hæ duris ueniunt uenantibus uſu.
Plurimus Hiſpani, Balearisq; incola ruris
H uic aures ſimilis daſipus, corpusq;, caputq;,
C rura tamen breuiora, minus timet, & minus illo
V elox, antra colit, foſſiq; foramina ruris.
H uic baliſta necem fert, hunc uiuerra necatum
S edula fert epulum domino, prædamq; reportat.
Quid tibi commemorem uerſu generoſa leonum
S emina, quos Neſſus uitreo complectitur amne?
E t quos parte alia claudunt Acheloides undæ?
A ſſyriæ fuluus campis eſt incola terræ
C ui iuba fulua tegit collum, cui plurimus harmos
V illus habet, natura mari quod præſtitit uni.
G randius Armenio collum, Parthoq; leoni.
L atius eſt tempus, radiantia lumina fulgent.
E ſt adeo aſpectu clarus Felicia rura
Q uem genuere, ferax & campus pauit Erembus.

A t plures Libyes siccis nascuntur in agris,
E xiguis & colla iubis uelantur, & atro
M embra colore rigent. sed multo robore præstant.
P ræterea sunt certa cibis, & certa labori
T empora, nec cunctis epulas sumpsere diebus.
H ic ubi comprendit nox, & sol liquit in æquor
A ufugiens, rapiensq; diem mortalibus almum,
F ortia decerpunt placidam per membra quietem.
P rima ubi temperies clarum patefecit Olympum,
R egia progenies domino feriuntur Amore.
C oncipiuntq; nouas insueto pectore flammas.
S æuities insueta capit syluestria corda,
C um rabies, flammæq; domant, & feruor amoris.
H inc ubi floriferum uer frigora prima fugarit,
E t glacies resoluta fluet deuicta tepore,
C um Cynosura freto quæ nunquam mergitur alto
C ustodem cecidisse maris lætabitur undis,
E xpectat partum facilis Lucina leænæ.
N unc duo, nunc tres, nunc unum, nunc quatuor edit.
S unt & qui Assyrias primo quinque edere partu,
Q uatuor inde ferant partu peperisse secundo.
A tque unum numero sic semper abesse priori,
D onec sit uentum ad nihilum: tum ducere uitam
F elicem, sobolisq; procul, partusq; dolore.
Q uæ furiæ rapuere mares, quo tempore blandus
P ectora fixit Amor iaculis. post fœmina partum
C oncipit, & toto nil est crudelius orbe.
I ngredier scymnus fertur sex mensibus actis.
D ebile principium regi natura leoni
P ræstitit, id paruum capiunt ingentia cuncta.

N unc ubi stant ædes, atque alta palatia Romæ,
P astorum tuguri congestum cespite culmen
V ix pluuias arcebat aquas, dominoq; bouiq;.
Q ui fluit Eridanus lata celeberrimus unda
F luminibus multis auctus prorumpit in æquor.
N il quod non fuerit paruum, grande esse uidemus.
M aturi exiliunt scintillæ ex osse leonis.
D urities tanta est. flammis terretur & iras
H orret apri, quarum fluctus in pectore uoluit.
N ec tantum armatas hominum timet ille cateruas,
I nuisos galli quantum sub lumina cantus.
E st quadruplex ratio uincendi dura leonum
R obora, nam ferro indutæ uicere phalanges,
C ominus & lato sumpserunt prælia campo.
T um nemus omne sonat magno clangore tubarum,
L atratuq; canum, respondet uocibus æther.
E cce leo ueniens rugitu territat hostem,
I rarum magnos uoluens in pectore fluctus.
V nguibus exertis expectat prælia. magnas
L umina significant iras, & cauda leonis.
T ristibus augurijs occurrit primus, & atris.
T abifica lacerat quod dura contigit ungue.
S ed tamen indutus ferro uenator apertè
I n pectus telo expectat fera bella parato.
C oncidit interdum uictor, & uictus uterque.
S anguinolenta uenit uictoria parta duobus.
V incitur interdum canibus uis magna leonis,
E t telo, plures in retia cedere cogunt.
N ec fortis quamuis ualuit contendere multis.
S unt & qui effodiant fossas, atque aggere cingant.

N eu ſit conſpicuus dolus, hinc & uepribus, illinc
O bturent ſaxis. medio ſtatuere columnam,
S uſpenduntq́; agnum tum matris ab ubere raptum,
H ic quà currentes fluuios adiere leones.
I lle uocat crebris balatibus, hiq́; potenti
R obore confiſi ſuperant molimina ſaltu.
P rima fuit priſcis uenatio cognita foſſæ.
T unc hi decepti foueam labuntur in altam.
H ic celeres naſcuntur equi, quà labitur unda
E uphratis, uirides & texit arundine ripas,
Q ui ſoli faciem regis ſpectare leonis
A udent, nec domino ſoli certare uerentur.
H is eques inſtruitur. uenantes retia tendunt
I n lunæ formam cum primis cornibus orbem
V iſit, & Oceano tollit clariſſima currum.
E xtremæ retis partes ſunt cura duobus.
T ertius in medijs, atque inter utrumque locatur.
A ccenſis facibus pedites armantur, & omnis
S ylua ſonat ſtrepitu armorum, & clangore tubarum.
S cuta tenent læuis, quatientes illa ſequuntur
I nter ſe pedites, ſtrepitu fera concita, & igne
N on audet cedens oculos attollere contra.
H inc equites clamore leues in retia pellunt.
T um uerò ingentes uoluunt in pectore flammas,
A tque indignantur ſecum fera corda leonum,
S ternere quod paruum non audent uiribus hoſtem
E ximijs, partis quòd non gaudere trophæis.
V ltra Aequatorem gens eſt aſperrima bello.
P iſcibus & premitur geminis, & flatibus Auſtri.
P ene quater paribus ſpatijs diuiſa dies eſt,

N oxq́; , ſemel cœli dum Phœbus perficit orbem.
H æc genus inſuetum uenandi repperit . omnes
V ellere membra tegunt , & ſtricto fune ligantur.
Q uatuor , aut ſex : hinc armantur caſſide dura.
V t uix cernantur labra , & caua lumina , nares.
S uſpendunt haſtæ ſcutum , religantq́; ſonorum.
T um ſic inſtructi ſpeluncam protinus hoſtis,
C æcaq́; luſtra petunt . hic ſcutum concutit unus.
E cce ruit rabido ore leo , ſcutoq́; cientem
S ternit humi furijs accenſus . uellera mordens
D entibus infremuit . tum ſcutum concutit alter
A tergo , primum linquens, rapit ille ſecundum.
S æpius hoc faciunt donec ſit membra labore
D efeſſus, tunc ille iacet certaminis impos
S tratus humi , manibusq́; uirûm uincitur anhelans.
V incere triginta uiuendo luſtra feruntur.
Q uis primus pugnare feris hominum'ne deum'ne
C ominus eſt auſus ? uatum mihi pandite Diuæ.
I nter mortales primus ſylueſtria Perſeus
A gmina de luſtris pepulit , ferroq́; cecidit.
Q uid referam Lædæ pueros ? hic repperit arcus,
E t curſu domitare feras inuenit equorum.
I lle canes primus docuit ueſtigia cautè,
A tque feris homines crudo decernere cæſtu.
H yppolitus laqueos , pedicas, & retia primus,
E t docuit primus latos circundare ſaltus.
A t ſi quæ inſidiæ ſylueſtri tempore genti
N octis erunt , has uenator monſtrauit Orion.
Q uis furor hic tantus , uel quæ fiducia mentis,
V nde neceſſe mori , uel forti uincere dextra

Q uòd lacrymis uictor, precibus nec flectitur ullis,
C ompulit audaces homines decernere primum?
Q uid? non'ne & superos, cœlumq; petiuimus ipsum?
F ulmina nil terrent, quo uasto concita motu
T erra tremit, uallisq; sono concussa remugit.
H ic adijt manes, & nigri tartara Ditis.
I lle penetrauit fluctus, atque ima profundi
O mnia, & Oceani patris secreta retexit.
N ec satis immensi mortali machina mundi
V isa est. quæ nescit, quæ'ue intentata reliquit?
Quid loquar Armeniæ tigres? rapidissima proles
N ec te prætereo quæ forti nasceris Indo.
C orpora quanta lupis. rapidæ sed forma leænæ
C orporis est propior, flammantia lumina cernes,
E t fuluis maculis corpus signatur, & albis
N are tenus, fera non hac est formosior ulla,
I nter quæ syluas habitant, & montibus errant.
E t qualis uolucres inter, data forma pauoni,
T igribus est species inter syluestria cuncta.
C arnosum satis est corpus, maculosaq; cauda
L onga, fuga posset celeres præuertere uentos.
N amque feris cunctis tigris uelocior una est.
F œmina quod fertur species hæc tota, putanda
F abula. semotum uera à ratione uidetur.
Q uod rarò uidere mares, hinc fabula sumpta est.
D iffugiunt uenatores hi: fœmina natos
D ireptos cursu sequitur quum sentit ademptos.
Q uatuor, aut partu catulos sex edit eodem.
F œmineo super hic rarò mas pugnat amore.
T empore quo uerno coeunt, quæ sola uagantur,

P artibus haud coeunt eiuſdem ſæpius anni,
P auca mouent Martis certamina propter Amorem.
N unc agè quæ ratio capiendæ tigridis, & quis
S it dolus, & quanto natos ſectetur amore
C armen erit nobis. faueas tu Delia: læuo
Q uæ portas humero ſuſpenſam diua pharetram,
D um nemorum ſecreta cano, luciq́; ſacrati.
C um liquit catulos per ſyluam pabula quærens,
V enator rigidus cautè petit antra relicta,
T igridis abſentis partus rapit, atque paratum
S candit equum celerem, pulſat trepidantia magnus
C orda pauor. ſecurus enim quis talibus auſis?
A ufugit arrepto properans ad littora curſu.
E cce uenit quæ mater iјt, nunc orba rediuit,
V t nouit deſerta domus penetralia natis,
I ncipit hæc mœſtam lacrymabilis inde querelam.
Q ualis ubi nati miratur lumina mater
D efuncti, niueasq́; manus, & pallida membra.
S ingula quæ tangit digitis, atque irrigat imbre.
Q ualis ubi cepit, populaturq́; ignibus hoſtis
M œnia, conuoluitq́; fremens incendia uentus,
C onqueritur mater, ſtringitq́; ad pectora natos,
C oniugiјq́; faces odit, triſteisq́; Hymenæos.
I nuiſa eſt Lucina, fera eſt & pronuba Iuno.
T antus amor prolis ſylueſtribus eſſe colonis
D icitur. haud homini tantum ſunt pignora curæ.
P hiltra feris, auibus, pariter ſerpentibus atris
I n natos Natura dedit, pelagiq́; colonis.
H oc facit ut nigris crocitans perterrita pennis
H orreat arrectis, crepitansq́; feratur in hoſtem.

T orua leæna uirum ſpernat uenabula terræ
D efixis oculis, nitidoq; haſtilia ferro.
S cilicet hæc mens eſt illis, hæc certa uoluntas,
V el cum pignoribus uictas occumbere charis.
V el ſeruare ſimul pugnando fortiter hoſti.
N aribus hinc ubi uenantum percepit odorem,
P ugnatura ruit mater uelocior Euro.
Q ualis ubi neruo Tyrio compulſa ſagitta
V iribus eximijs ſtridetq; uolatq; per auras.
F ur ubi comprenſus matris curſu, iacit unum
Q ui minor è catulis, & qui deformior. illa
C orripiens ad tecta refert, iterumq; reuerſa
P roſequitur furem, ſpeculum iacit ille rotundum:
I lla ſuæ primum lætatur imagine formæ,
A tque aliquem credit natorum. fraudibus iſtis
M ox decepta dolet, ſequitur furiata. ſecundum
I nueniens ſpeculum ſimili deluditur arte.
S æpius id faciens donec ſit littora uentum,
A pta fugæ præſtat raptori tempora. ponti
E xpectans uenatorem ſtat littore puppis.
P rotinus ingreſſo ſoluunt à littore funem.
E t conto ſubigere ratem, curruntq; per æquor.
H inc ubi peruenit fluctus, & littora mater,
V entoſo aſpiciens fugientia pignora ponto,
N autas incuſat: ſunt littora plena querelis.
E t quam cygnorum circa Aphrica littora ponti
L ugubris fertur cantus ſua fata canentum,
T igridis Hyrcanæ tam uox eſt flebilis orbæ.
S unt qui direptis catulis quoque retia tendant
M atribus, implicitas ob pignora rapta ſequentes

O btruncent ferro : feritas est tanta uirorum.
H eu date mortales ueniam , date matris amori.
E t miseram deflere suum concedite casum.
H ic ueluti ceruos sylua uenatur in alta,
E t canibus socijs , & strictis cominus armis.
O cto prætereunt , ut fama est , lustra , secundi
D eponunt uenti , patuit iam meta laboris.

NATALIS COMITVM

DE VENATIONE

LIBER TERTIVS.

Hieronymi Parthi ciuis Veneti in librum tertium argumentum.

T ertius hinc ursi mores , mimiq; pitheci
P andit , & exiguis prudentia quanta sciuris.
V rus , echinus , aper, glis, hystrix, caprea, ceruus,
E uriceros , uulpes pariter narrantur . & horum
T empora Lucinæ . uenatio . tempora partus.

N VNC leuis Eois uentus spirauit ab oris .
E xoritur'que dies reserato clarus Olympo .
S olue ratem , date uela, citi considite transtris.
N autilus ecce procul conchis mare sulcat apertis.
T erga silent tranquilla freti ; uocat unda carinas.
N unc age cur tanto partus sectentur amore ;

Quæque suos, cur sit cunctis animalibus unum
Seruandæ sobolis studium, atque amor omnibus idem
Versibus expediam. tu nostri carminis autor,
Tu qui prima mei meritò, qui summa laboris
Porrige felicem dextram, pelagiq; patentes
Pande uias, ratibusq; auras immitte secundas:
Quæ ratione carent, facilis Natura gubernat.
Hinc amor, hinc odium: cupiunt bona quæque, malumq;
Diffugiunt, hinc lucra petunt, & commoda cuncta.
Omnibus hinc iactura grauis. grauiora putamus
Damna pati, cum grata magis res perdita cessit.
Gratius at uita nil est, uitamq; uidemur
Viuere per nostros post impia fata nepotes.
Adde quod est finis cunctorum semina, & horum
Nascuntur causa flores, frons, caulis. in annum
Seu uiuant plantæ, seu uiuant sæcula multa,
Omnibus est unus generandi semina finis.
Tum quoque cuncta uigent animalia cum sibi prolem
Persimilem reparare ualent. si pignora demas,
Demitur his finis, frustra uixisse uidentur.
Respuit hunc penitus Natura prouida finem.
Et uacuum nil esse cupit, frustrà'ue paratum.
Sed reuocant syluæ, strepitu nemus omne remugit.
Ad diuas uertor gaudentes cæde ferarum.
Nunc ursi partus, formam, moresq; canemus.
Horrendam faciem præ se fert: est color ater.
Et corpus totum denso uelamine nigret.
Sunt nigræ nares. latum caput, horrida flammas
Lumina diffundunt, quinis armantur acutis
Vnguibus huic plantæ, mortem pellentibus armis.

H orrendum rugit, correpta cupidine amoris
F œmina, poſt partum furit haud poſt tempore longo.
E t quinos catulos uno dat fœmina partu.
S ed parit interdum binos: nunc edidit unum.
P oſtrati iunguntur humi quo tempore primum
S ydera Caliſtus pelago demerſa profundo
C onduntur, ſyluæq; uirent, aperitur & annus,
C um primùm tumuit rapidis Aquilonibus æquor,
S yluáq; triſtatur deſolatiſſima lapſis
F rondibus, & uirgulta comas iecere uirentes,
A ntra petunt ambo nemoris ſecreta propinqui,
A tque latent gelidas hyemes. hic fœmina paruos
I nterea peperit catulos, pingueſcit uterque.
N aſcitur urſorum deformis partus, & ante
P arua caro, cattoq; minor, uix eminet unguis.
C ætera lambentis formantur membra parentis
L ingua, naſcuntur paulatim lumina, paruos
S ic lambunt uitulos olim ſua pignora uaccæ.
T empore non alio piſcis qui dicitur Arctos,
N i pariat uerno, propter cognomina, partus
E didit, in gelidas hyemes & diſtulit horam.
P oſt ubi fugerunt torpentia frigora brumæ,
E t religata ratis completur pondere mercis,
F œmina ſpeluncam liquit, multò ante maritus.
V iſcera quò laxentur aron per rura requirunt.
P luribus Italiæ naſcuntur partibus urſi.
T ertia pars mundi quos Aphrica tota negauit.
A rmeniam, Tigrimq; tenent uilloſa iuuentus.
N unc quæ uenandi ratio ſit percipe paucis,
Q uis dolus, incultos certamina quanta per agros

S it cum gente fera. catulo ſint quanta pericla
P arta uirùm ſtudijs. nemorum ſecreta uagatur,
N aribus ad terram ueſtigi quærit odorem.
A tque feræ percurrit iter, nec ſiſtitur antè
Q uam dominos ad luſtra trahat ſe ponè ſequentes.
V enator rigidus telis tum prouocat hoſtem.
I lle fremens grauiter de luſtro proſilit, at ni
V enator catulum properantem uinciat: unguis
S entiet urſorum quam ſit trepidanda petenti.
V enator læua catulum trahit: ac ſuper harmo
S tricta tenet dextro lato uenabula ferro.
A d ſocios redeunt dominusq; caniſq; latentes,
I nſidiasq; parant omnes, & retia tendunt.
R etis habet partes hominum cuſtodia tenſi
S upremas, alij ſeruant in limine portas.
A tque manu iuuenum laqueum fert quiſque ſiniſtra.
H unc uolucrum pennis ornant, quo territus urſus
A ufugiat, ponunt in primis agmina ualuis,
I nſidias ramis, frondoſáq; arbore uelant.
T um clangore tubæ reboat nemus omne propinquum.
C oncuſſæq; tremunt ſyluæ, tellusq; remugit.
Q ualis, ubi armorum ſplendor ſquallentia complet
A rua, micat tellus non uno lumine ſolis.
F it ſtrepitus, clangore tubæ quum caſtra mouentur,
A tque equites inſtructus eques uocat, agmen & agmē.
E cce urſus ſonitu ſyluarum concitus exit,
H orrendumq; fremit, rugitibus intonat æther.
T urba ruit iuuenum paſſim clamore ſecundo.
E t terrent manuum ſtrepitu, & clangore tubarum.
I lle ubi planitiem uel campum eſt nactus apertum

Territus

T erritus, insidijs fugit, & clamore, tubisq;.
E t laqueis multis paulatim in retia cedit.
E xiliunt quorum sunt retia tradita curæ,
E t quæcunque ualent capientes summa plagarum
I mplicuere feram: quæ dentibus, unguibus, atque
T um sæuit totis animis, tum fundit habenas
I rarum laxas, uruntur pectora flammis.
C ædere quis uinctum nescit? cadit ille sagittis
Q ui uicturus erat triginta illæsus in annos.
S unt qui non dubitent in aperto prælia campo
S umere cum populo syluestri cominus armis,
A lter in aduersos hostes ruit, ille salute,
P roq; suis pugnat thalamis, patrioq; recessu.
A lter pro ingluuie, uastaq; uoragine uentris
N on patitur uulgus syluis errare ferarum.
V nguibus ergo ursus uenanti occurrit acutis
V incere uel certus, uel certam occumbere mortem.
C ontra uenator huic fortiter obtulit arma
I n pectus, nil horrescens ardentia frontis
L umina, crudelis furias signantia cordis.
C oncidit interdum uenator uictus, & ungue
M embra lacer. prostrata iacent uenabula terræ.
C oncidit interdum telo fera cæsa potenti.
V incere uel uinci magna est dementia. cœlo
Q ui seruat uolucres delapsas nulla per agros
P rælia committit, nullum subit ille periclum.
S unt arma accipiter, casses, & uimina, uiscum,
N octua, quæ noscis promittant quanta pericla
A ucupi, & alatis homini quam bella parentur
S anguinolenta feris, quis cum pugnare necesse est.

Nec te caudati taceo gens mima pitheci.
E ſt horum triplex ſpecies, tibi ſimia cauda
D efuit, Aethiopum ſyluis erratis in altis.
E ſt color his flauumq; inter, fuſcumq;, uirorum
O mnibus & ſtudijs imitantur plurima facta.
A mbabus capiunt manibus quod ieceris. ipſo
V iſu mortales imitantur lumina, nigret
H is cilium, latæq; ungues, eſt indice planta,
E t totidem diſtincta notis: his mollior auris.
H umanam ſpeciem referunt denteſq; nitentes,
V t dicas olim humano de ſemine natas.
P ignora bina ferunt paleæ quo tempore primum
S urgentem ad Zephyrum uacuæ iactantur: & arua
P reſſa calore gemunt. coeunt quia tempore ueris.
H unc amat egregiè natorum, inuiſus at ille eſt
M atri, nec facile eſt huius cognoſcere cauſas.
V ngula ſecta quibus plures uno edere partu
C onceſſit Natura, canis quod monſtrat, & urſus.
Q uinque decemq; ſuam uitam traducit in annos.
Q uamuis mortales imitatur, at ipſe pithecus
F allitur arte tamen, nec diſcit fingere fraudes.
P ræparat ante dolos uenator, & arte cothurnos
V incla pedum, inſuetis cæcæ molimina fraudis.
H inc nemus ingreditur quod ſimia multa frequentat.
A ucupibus noti frutices, & gurgitis undæ
P iſcanti: nouit ſaltus uenator, & arua.
I nduit inde ſedens allatis crura cothurnis.
D eſerit hic alios. ueluti ſe fluminis unda
A blueret manibus iunctis & lumina, & ora.
S ic haurire putes lympham de uaſe iacenti,

H inc abit. at noſtras cupiens imitarier artes
S imia, pro lymphis flauentem nacta liquorem,
V incta pedes geminos, hinc uiſco lumina claudit.
I nfelix animal quod ſe uirtute, dolis'ue
A equiparare cupit mortalibus, his dedit unis
I ngenium uelox diuino ſemine natis
M aximus ille opifex qui nutu temperat orbem.
E t quantum ſuperi præſtant mortalibus ipſi,
T antum mortales præſtant animalibus ipſi.
Eſt etiam proles parui dicenda ſciuri
M onticolæ, qui terga tegit molliſſima cauda.
Q uum grauis incumbit terris arentibus æſtus,
H inc quoque nomen habet. uillorum ſumma nigreſcũt.
C ætera puniceo paulum rubuere colore.
L umina bina micant geminos imitata pyropos.
A t niueus uentris color eſt, ſimiliſq; pithecis
I acta tenet manibus reſidens, & purgat inani.
I n quinas diſecta notas eſt planta, nec arma,
R etia nec quærit uenatio tuta ſciuri,
E t gliris, tamen humana quo fallitur arte
Q uiſque horum nobis dicendum carmine, quando
I n ſyluis poſuere domos, & montibus altis.
V er ubi diſpellit nubeſq;, cœlumq; ſerenat,
E t uernis gelidæ ceſſerunt ſolibus auræ,
C oncipit ingentes in paruo pectore flammas.
E t grauibus paſſim furijs agitatur amoris.
M ergitur Oceano quum primum Gnoſius ardor,
E t matutinus campum repetiuit arator,
Q uatuor hinc catuli tenues in luminis auras
N aſcuntur, ſunt foſſa domus his arboris antra,

N on tamen huc prodest fugisse Cupidinis ignes.
N ec paruo natos mater sectatur amore,
P abula quæ tulit his primum corrodit, & illos
E docet, hinc tempestates prædiscere cæli
P ossumus, exigui seruantes facta sciuri.
N anque solet qua parte ferox spirauerit aura,
Q ua surgent imbres stipare foramina plantæ,
P arte alia plantæ fuerant quæ clausa recludit.
A duerso quæras hòc ipsa foramina uento.
N il adeò natura tulit, nil sedula paruum
V t non ingenio ualeat, uel uiribus ullis.
H inc uenatori facilis captura. uirentes
A scendit plantas, ponitq; foraminis ori
P rætensos laqueos, nec prælia dura requirit.
N on opus est lato committere prælia campo.
N ec ueniunt usu ualli, uenabula, falces.
E st tamen & plantæ qui lignum cædat, & antra
F alce secet, totamq; domum populetur, & omnes
D iripiat catulos paruos simul, atque parentem.
Nec glires alia capiuntur fraude, domusq;
E st simili constructa modo, locus unus, & idem
E st cibus ambobus. hyberni frigoris iram
Q uisque latet. glires hyberno tempore somnus
S emper habet. capiunt longam per membra quietem,
E t quantum dapibus pinguescunt cætera lautis,
H yberno tantum pinguescunt tempore glires.
A st ubi iam uernis arrident floribus arua,
F rigidus & syluis Aquilo diffugit ad Arctos,
D eserit hos tandem somnus simul, atque senecta.
A c ueluti exuuias ueteres cum frigida primum

V ipera deponit latebris, antroq; relicto.
T um coeunt cum pressa gemunt feruoribus arua:
T um pariũt grauis Autumnum quum diffugit Aestas.
G lis sextum uitæ uiuendo præterit annum:
I ngenij tantum tribuit natura, parentes
A nnosos ut alant moti pietate uicissim.
Huic caput est similis spinis armatus echinus.
O ra suem referunt, niueusq; sub ilia uenter,
C ætera membra feræ spinis armantur acutis.
C um cernit uenatores collectus in orbem
S ubstitit: errantes creditq; latere morando.
N ec celer est adeò: uires cognoscere cunctis
D onauit Natura suas animalibus alma.
A st ubi nulla datur tandem spes certa salutis,
M ingit in horrentes spinas quia credidit illas
S e propter quæri. uacui seruantur & illæ
V rina, hanc reperit uenator prouidus artem.
E ripit interdum mentem mortalibus horror
I mprouisus, & his fallendi subtrahit arma.
F rigidus in syluis Aquilo cum murmurat, auras
D iffugiunt, latebrasq; petunt. sunt præscia corda.
I dcirco stellas cœli, uentosq; iubemus
D iscere uenantem. surgentis nescius auræ
N e frustra in syluis erret, dum quærit echinos.
I taliæ nascuntur, habet simul Apher, & Indus.
C orporibus rigidis mira est prudentia paruis.
V ndique diripiunt fructus, hyemiq; reponunt,
P omorum super hi cumulos se sæpe uolutant,
I nde domum redeunt onerati tergora pomis:
H i quoque flammati telis feriuntur amoris.

N il latebræ, nil ſpina iuuat, nil tergoris horror.
L ucida ab Oceano cum ſurgit ſtella Leonis,
E t ſol clarus equis roſeis iuga prima reponit,
C ernitur exiguus in ſyluis partus Echini,
A tque duos pariunt, uel tres: at tempora uitæ
L ongæ ſi quæras in ſextum prorogat annum.
Non eris indictus uerſu fere bubale noſtro.
B ubale frigentis Scythicæ fide incola terræ.
C orpora quanta boui. ſplendentia lumina. fuſcus
E ſt color, atque caput telis armatur acutis.
A ltera ramorum pars tergus ſpectat, & altè
N atiuis frons armatur pungentibus armis.
H unc uenatores tendentes retia, magnis
À tergo in caſſes tenſos clamoribus urgent.
A ſt alius pugnat ſumptis huic cominus armis.
E t ferro, & canibus cadit auxiliaribus urus.
P luribus aſt alij circundant curribus illos,
A rboribusq; locos, quibus hic uerſatur: & inde
I ngenti clamore canes, hominesq; ſequuntur.
P urpureas alius ueſtes indutus, & illi
Q ui magis inuiſus color eſt occurrit. in ictus
E cce ruit pronis iratus cornibus urus.
E t quoniam tanta eſt furiarum copia, nullis
V iribus ut ualeat uenator ſiſtere contra:
D eligit ante locum, ramoſæq; arboris ipſo
P rotegitur dorſo pronis in uulnera telis.
B ubalus irarum fuſis huc fertur habenis.
N ec cernit plantam, furor ingens lumina uelat.
A rboris infixis dorſo mox cornibus, arma
I s ſentit uenatoris quam fortia. tandem

Concidit, atque animam dulci cum sanguine fundit.
Hunc si quis uinctum suetis abducere syluis
Conetur, patriam ut mutet, priscosq; penates,
Irritus ille labor, in uincula dura morentur
Protinus in patriam rediit. mora nulla retardat.
Nec tanti umbrosæ syluæ, nec pascua læta,
Frondosi montes, natiui flumina fontis,
Deserat ut charam patriam, & sua lustra relinquat.
Nec solum patriæ terræ mortalibus ipsis
Est innatus amor. uolucres, & plurima ponti
Ad suetas rediere domos ni uincla morentur.
In patriis malunt mediocria pabula campis,
Quam largos alibi fructus, atque ubere cornu.
Cum resoluta fluit glacies, & montibus altis,
De niue manantes riui labuntur in imos
Planitie campos, stimulis agitantur amoris.
Tum uerò incipiunt maribus certamina, totis
Pugnatur campis. rapidas extinguere flammas
Dum cupiunt, & riualis præponitur alter.
Non aliter quam si tauri per florea prata
Frontibus oppositis pugnent spectante iuuenca.
Exoriente Die clarum Delphina uidebis,
Tum expectat partus harum Lucina ferarum.
Nunc duo, nunc unum pariunt, hos uiuere lustra
Quinque suæ referunt longissima tempora uitæ.
Quis nescit paruos fœtus rapuisse ferarum
Tutius? hæc ratio communis pignora matri
Subtraxisse dolo seruato tempore. sæua
Hystrice nil syluis errat, nil nascitur usquam
Quod magis horrendum. spinosa est & prope nares.

S ic ut echinus & hæc telis armatur acutis.
V ngula secta pedum, nigrescunt lumina, cauda
E xigua est, sonuere feræ currentia spinis
T ergora: qualis ubi sternit sata pinguia grando.
Q ualis & armorum strepitus cum membra nitenti
I ndutæ ferro procedunt ordine turmæ.
C orpora quanta lupis, paulo'ue minora. feraci
A phrorum regione simul nascuntur, & Indi.
I n uenatores spinas iaculatur acutas,
I nq; canes qui lustra petunt. sunt tempora partus,
E t Veneris stimuli paribus diuisa dierum
L imitibus: numerus prolis, tempusq; latendi.
S ed ne membra canum feriantur ab hystrice, fraudes
I nueniunt uenatores, & prælia magna
D iuertunt aliò à canibus. mox nuda teguntur
C orpora uelleribus bibulis: hæc dura morantur
S picula. tum cassesq; parant, ferroq; sequuntur
I n tensos. cornuq; sono, & clamore fatigant.
A st alius strictis huic pugnat cominus armis.
H uic balista necem fert improuisa repente.
N il adeò Natura ferum, nil sedula fecit
H orrendum quod sit duris mortalibus horror.
A rmeniæ tigres tentauimus, atque leones,
A ethiopumq; Arabumq; feros domitare dracones.
S ed nec utrinque tibi prodest caput amphisbæna
L ætiferum monstrare, uirùm solertia uicit
O mnia, nil terrent morsus, nil sæua uenena.
D ipsada nec tanti facimus, crudelior omni
C um sit, non'ne ultro quæsiuimus aspidis ictum?
D uritie ferrum superauimus. æquora nostris

Mandatis

Mandatis parent. aliò turgentia cursum
Flumina diuertunt. uincuntur & obice fluctus.
Quid? non saxosos montes prostrauimus? orbis
Nec satis est totus. cœlum quoque adiuimus ipsum.
Tartara nunc etiam seruant uestigia nostra.
Nil nos exertos dentes curauimus apri,
Præcipitis carpit somnos qui margine rupis.
Ora, pedes, oculos, aurésq; simillimus, atque
Crura suis cicuris, horrentia tergora setis.
Horridus aspectus, uox horrida. prominet illi
Dens utrinque potens uelocis fulminis instar.
Cum tellus primùm uernis se floribus ornat,
Et patefacta silent cessantibus æquora uentis,
In pugnas blandis stimulis agitantur amoris.
Et prius obducunt immundo tergora limo.
Solibus obdurant, limoso tergore plantas
Sæpe fricant. costas ad uulnera sæua parantes.
Arrectis ineunt setis certamina dorso.
Ore cient spumas. ingentem spiritus iram
Significat, flatusq; frequens, pulsúq; timore
Solus Amor Veneris, sola insatiata Cupido
Sollicitat mentem stimulis: domat effera corda.
Ac ueluti iuuenes quos insatiata libido
Sollicitat Veneris, committunt prælia dura
Ante fores meretricis, & in penetralibus ipsis.
Quisque suæ dominæ cupijt placuisse: sed alter
Victus abit, meretrix uictorem amplectitur arctè.
Sunt & qui referant hoc primùm mense decembri
Concipere & furias, sentire & uulnera Amoris,
Accidit hoc etiam solis syluestribus apris

Quod uictore cadit, paribus ni iungitur illi
Fœmina connubijs, plagis lacerata cruentis.
Tales sunt mores dispersis montibus altis
Gentibus, usquadeo stimulis agitantur amoris.
Quis nisi te dominum uitæ, mortisq; fatetur
Magne Amor, & regum populorum maxime princeps?
Lumina tu claudis mortalibus, omnia uincis.
Fuluus aper porcæ cicuri coniungitur, inde
Hibrides exurgunt diuersis partibus ortæ.
Conueniunt nigræ uestes uenantibus apros,
Villosæq; : feræ referentes corpora forma.
Tempora Lucinæ, numerusq;, & tempora partus
Pene eadem suibus. pellunt in rete repertos
Robora magna canum, syluis hominesq; sequentes.
Interdum rapuere canes hos morsibus. atque
A dextra læuam tenuere tenaciter aurem.
Ecce ruit rigidus quatiens uenabula dextra
Venator, tepido captiui sanguine ferrum
Tingit apri, multusq; scatet de uulnere sanguis.
At si fulmineis tetigit uos dentibus idem
Impia corda canes luitis crudelia facta.
Indicus est catulus uenanti commodus aprum.
Gnossius, & Locro missus, pariterq; Lacænus.
Retia prætendunt alij, saltusq; patentes
Inde uiris, canibusq; feris, hinc rete coronant.
Ecce canis lustris quærens hic suscitat aprum,
Hic ceruum, magno latratu in retia cogunt.
Interdum in uenatorem fert impetus aprum,
Declinans nitidum parat hic in uulnera ferrum.
Nil timet actus aper furijs uenabula: cursum

Ni teneant aurita feræ, uenator, aperq́;
Concidèrent, fieretq́; necis communis utrique
Copia. si primo fixus non concidit ictu,
Nullaq́; sit rursus feriendi oblata facultas,
Sed tamen instet aper, stratus tellure iacendo
Venator uitat mortem. timor inuenit artem.
At quos in casses pepulit studiosa sequentum
Turba canum, ferro cædit qui retia seruat
Retibus implicitos, tot sunt uenantibus artes.
Te quoque cerue fugax, syluarumq́; incola, plantas
Cornibus arboreis qui imitaris uersibus edara.
Nanque ubi prædurus maturam rusticus uuam
Colligit, & delapsa iacent in gramine poma,
Quæque sub arboribus ramosis, poma parentum,
Poma decus nemorum, syluarum gloria poma.
Frigidus Oceani cum primùm mergitur undis
Arcturus, cerui blando capiuntur amore.
Nunc has, nunc illas adeunt, nec fœdera certa
Coniugij retinere ualent, solis ue morari.
Pectoribus tantæ flammæ uoluuntur amoris.
Post ubi sub noctem Phœbo propiore micante
Pleiades fugient mortales sydera septem,
Tempus adest ceruis maturos edere partus.
Vnum, sæpe duos pariunt ubi nota uiarum
Sint loca: uel facto mortales tramite sæpe
Prætereant, nulla ut syluestris bellua cernat,
Infelix animal ceruus minus esse rapacem,
Rursus & infelix hominem qui credis agresti,
Tertiò & infelix turba, catulosq́; timentes
Quò fugitis? uel cuius opem uesana iuuentus

I mploratis? ea est fiducia digna fauore.
N ec prius ipsa marem pateretur fœmina quàm se
P urgarit seselis noto medicamine. ceruo
V ngula fissa pedum, ramosáq; cornua frontis.
S ed tamen Illyricis esse ungula Pæonisq;
I ntegra narratur. pallentes ruminat herbas.
C ætera membra boui, aut paruo propiora iuuenco.
L ongius os isti, sinuosáq; crura, leuiq;
A pta fugæ. cauda exigua est. color ipse colori
P roximus est cineris, facilis captura. stupore
C orreptus miratur equum taurum'ue, sequentes
A tergo uenatores non prospicit. arcus
O blitusq; sui miratur sæpe minantes.
C ornibus armatur trepidandis, cornibus illum
Q uis tamen aspexit pugnantem? in retia pellit
T urba canum. ceruis maribus sunt cornua solis.
I n fluuios saliunt si quà conceditur, aut se
I n tergum uersi pedibus calcare petentes
Q uærunt hi catulos, ceruis solertia tanta est.
H oc faciunt ubi turba frequens conuenit in unum.
I dcirco uenatores pro uiribus arcent
A turba, retrahuntq; canes, ferroq; nitenti
D iuisos cædunt canibus sternentibus illos.
I ndicus est aptus catulus, Locrensis, Iberus.
C eruorum quærat uestigia cæca Molossus.
C onueniunt uestes uirides quærentibus illos.
H i causis latuere tribus: quum cornua inermem
L iquerunt delapsa. cadunt nanque illa quotannis.
A ut ubi pinguescunt nimium latuisse feruntur.
A ut ubi post Venerem fodientes naribus arua

N igreſcunt, hircum & redolent. cœleſtibus antè
Q uam repetant armenta luunt ſeſe imbribus omnes.
P uniceæ gentes illos petiere ſagittis.
A ſt alius lato ferro pugnauit apertè.
V ulneribus captis nota eſt medicina: ſagittæ
E xiliunt ſi dictami decerpſerit herbam.
A ſt ubi decubuere ſolo ſerpentibus atris
H oſtibus, interdum ceruis pugnare neceſſe eſt.
C onueniunt acies Libycæ: (nam plurima campis
N aſcitur his ſerpens) aures hæ, tergora cerui
I nuadunt aliæ, grauiter gemit ille dolore.
N unc hunc, nunc illum currens ſub dentibus hoſtem
I n geminas ſcindit partes. domat unguibus illum.
A ſt ubi peruenit currentia flumina curſu,
F œmina cancrorum ſtudioſè carcinas, ipſi
Q uæritur: illorum ſola hæc medicina laborum.
C um tranant fluuios imponit clunibus alter
A lterius caput. & feſſo ſuccedit eorum
Q ui propior fuerit natu, atque ætate priori.
D icuntur cerui uiginti uiuere luſtra.
N on tamen & partus breue tempus, & incrementum
Q uod fertur ſobolis paruæ, ſic arguit eſſe.
N am creſcunt tardè uiuentia tempora multa.
Q uod ſolidis conſtant, & denſis partibus illa.
H inc quoque dura magis. rapido nec peruia ſoli.
F rigoribus facile non hæc uincuntur acerbis.
Eſt prope currentis Colchorum Phaſidis undam
N on huic abſimilis, ſi deſit barba nigella
T ragelaphus. ſpeciem quod cerui præſtat, & hirci
N omen habet. uillis nigreſcunt mollibus harmi:

C ætera persimili cautè uenaberis arte.
N on tamen expectes ut te miretur, & arcum.
N on ita corripiunt istum miracula rerum.
Pandite Orestiades capreas in montibus altis
E rrantes, trinumq; genus, prolemq; triformem.
S unt capreæ, rupicapreæ, sunt ibices acres.
I gneus est ollis color, atque ingentia frontis
C ornua, sunt ungues fissæ. sunt cætera quales
Q uæ sub custode arrepunt uirgulta capellæ.
C ursibus ast habiles aspectu dixeris istas
E sse magis, grato pinguntur membra colore.
E t magis in pugnam sunt fortes cornibus istæ
D orcades, atque unà uiuunt, stabulantur & unà.
I nsidijs capreæ celeres, atque arte petuntur.
N am quis eas cursu sequeretur? rupibus illas
P ræcipites ueluti saxis pendere uidebis.
A dde quod est mirum saliunt in cornua rupem
M ontis in oppositam, tormento ut spicula pulsa.
Q uod si præcipites ceciderunt uallibus imis,
E t spatij desint saltu sua robora neruis,
N il patiuntur, eæ catulos se ponè sequentes
P ræcipites traxere, canes uenator ab illis
I dcirco retrahit, quæritq; has uincere fraude.
Q uò non protrahitur pellis robusta leonis,
E st uulpis iungenda, facit solertia uires.
P ost frutices cautus uenator delitet, illas
E rrantes petijt celeris munimine pennæ.
A ut leuiter syluis errans has seruat, & inter
P ascendum celeri iaculo percussit. at illæ
C urrentes syluis tellurem sanguine signant.

P ostera cum Phœbo ſtellas oriente fugauit
A urora, ingreditur ſyluas uenator, iterq́;
S anguine ſignatum ſpectat, capreasq́; requirit.
I nuenit inde procul gelida tellure iacentes.
N ec tamen his nullum Naturæ munere donum
C onceſſum quo facta leuent, medicamina quærunt
V ulneris illati dictamum nobile gramen.
H as ſi quis canibus ſocijs in montibus altis
I nſequitur curſu, mox rupibus arceat, illuc
V ertentes. ducibus uictoria prima putatur.
P ræripuiſſe locos aptos. qui Dorcada curſu
I nſequitur, caueat ſtudio deſerta ſequentum
P rotinus euoluat ne magnas pectore fraudes.
T emporibus pluuijs illam ueſica fatigat
P lena, rapit uires currenti. temporis horam
N acta breuem dorcas fit curſibus aptior, atque
C ontinuò reparat uires, nec uincitur inde.
C aprarum numerus partus, & tempora uitæ,
L ucinæ, Veneriſq́; dies ſunt omnibus iſtis.
A lpibus hæ currunt altis, ſyluiſq́; niuoſis.
Quid loquar ægaſtros diſperſos montibus altis:
A ut ouium ſylueſtre genus? Natura benigna
P lurima quæ terras habitant animalia, & herbas,
S ylueſtri rurſus reparauit ſedula prole.
H inc ſuibus confertur aper. quis neſcit onagrum
C ui conferre decet? bobuſq́; ſimillimus urus.
M enthaſtro menthæ ſimiles, oleaſter oliuæ.
M andragoræq́; uiris, ſirenumq́; humida proles,
A tque hominum ſylueſtre genus. ſpectatur in undis
S corpius, in terris, eſt rurſus ſcorpius herba.

Sectatur mira ægaster pietate parentes.
Sectantur pietate senes quòd pignora primùm.
Hisce ferunt epulas, & summis flumina labris.
Atque cutem lingunt senibus, patresq; decorant.
Quod si pulsa canum ui est lapsa in retia mater,
Continuò natos capies. non funeris ipsi,
Non cædis tanta cura est, quam pignora matri.
Et nati uenatores, mortis'ue pericla
Non horrent tantum, quantum sine cedere matre.
Capreolis cerui color est, aspectus, & ora.
Nec facile à ceruo primùm noscuntur inermi.
Os tamen est ceruis oblongius, & magis illi
Crescunt, nec tantum capiunt miracula rerum.
Non sic ad dominos fugiunt, nec tempora uitæ
Clauduntur paribus spatijs. numerosior istis
Est soboles. quæ plura ferunt breuiore fluentis
Limite clauduntur uitæ. numerosa negatur
Cui proles, multis huic uita rependitur annis.
In lunam uenatores his retia tendunt,
Aut quæ forma loci magis est his apta parari.
A tergo clamore canes, hominesq; sequuntur
In casses. si rete uidet mox transilit illud
Capreolus. uenatores hoc rete iubemus
Tendere sublime: hoc & custodire sagaces.
Præterea multum refert quum cœperis, ipso
Ne in cursu cesses, & præstes tempora fraudi.
Est mora consilijs aptissima, perfice tandem
Continuò consulta: facit solertia uires.
Euriceros ceruos imitatur corpore toto.
Sed tamen erumpunt armatæ cornua frontis

Altius

A ltius huic. reliquis ſunt cornua dura rotunda
G entibus in ſyluis ſparſis, & montibus altis.
A ſt huic lata tamen tribuerunt cornua nomen.
A ethiopum terris pariter naſcuntur, & Indis.
H æc uenerem uernis repetunt armenta diebus.
N on altæ ſyluæ, uel latæ fluminis undæ,
P ræcipites rupes tardant, uallesq́; profundæ.
N on nemus umbroſum, uel ramis arbor opacis
H os cælare ualent: magno excutiuntur Amore.
P oſt ubi, cùm Phœbus nocturnas diſpulit umbras
N aſcitur Idæum ſignum, Lucina tenellos
E xpectat catulos in ſtrati graminis herbam.
N unc duo, nunc & tres partu naſcuntur eodem.
H æc ſocijs canibus quærunt animalia, & alto
I n caſſes ſtrepitu cogunt hominesq́; canesq́;.
S unt & qui ferro pungnent, & cominus armis
F ortiter audaci committunt pectore pugnam.
H unc baliſta ferit. catulorum captio cunctis
C ommunis. ueluti pullos rapuiſſe uolucri.
Nec te prætereo uulpes uilloſa, feroxq́;.
S ubdola, ſæua, rapax, inuentrix mille dolorum.
C orpore quot pili, totidem ſunt pectore fraudes.
N ec color eſt idem uillorum. ſumma rubeſcunt,
I ma nigrent. uenter niueus. ſeſe illa colore
T am uario pandit, nulla deluditur arte.
I ncertus color eſt oculis. ueſtigia cauda
V errit quam corpus poſcat maiore. domosq́;
D efoſſas habitat, neu ſint penetralia furi,
N e'ue feris canibus, uel agreſti peruia genti.
Q uin etiam uenatorum fallantur ut arte

I nsidiæ, & certa porta haud capiantur, earum
S unt totidem portæ quot diuitis hostia Nili.
N ec cum uulpe canis bellum sine sanguine sumit.
T am uariæ fraudes sunt, tantæ in corpore uires.
P ræuidet insidias, & soluit retia morsu.
H òc mox in casses lapsam uel cædere ferro
C onuenit, aut subito fugiet. mora rebus abesto.
V ix homines multi, catuliq; in retia cogunt.
N unc huc, nunc illuc fugitans ambage sequentes
D ecipit, & catulis currentibus illa recedit.
V incitur his tandem ui, quos deceperat arte.
Q uum uiridis studium patefecit terra coloni,
E t uiolæq; ebulumq; uirent, cæloq; sereno
H ybernam Zephyrus glaciem cum frigore pellit,
C ontinuò uulpes flammis uruntur amoris.
N il ualet ars. Veneris nulla uitare sagittas
F raude ualet, æstus quum primùm pomifer annus
D ispulit, & grauidæ liuent in collibus uuæ,
E xpectat partus facilis Lucina. sed ursi
M ore parit catulos informes quatuor, illos
L ambendo trahit in formam: latet abdita pregnans.
N unc agè qua fraude miseras, quaq; arte uolucres
D ecipiat, referam. Boreas quum frigidus arua
I nuadit, spoliatq; nemus, syluasq; uirentes
F rondibus, & cunctis desunt sua pabula sueta
S yluicolis, prostrata iacet tellure supina.
D efunctam credunt uolucres: huc plurima turba
A eriæ gentis properant, quibus illa dolosè
I mplumes rapuit natos, lacerare paratæ.
O mnibus est ulciscendi sua damna cupido.

Sed nimium faciles, & credula turba uolucres,
Fraus ignota quibus uulpis, non ulla putandum
Facta carere dolis. capiendi ut uiſa facultas
Arripit improuiſa, auidamq; recondit in aluum.
Quod ſupereſt ſaturæ defoſſum condidit, illud
Mox repetit ieiuna fames cum dura coegit.

NATALIS COMITVM

DE VENATIONE

LIBER QVARTVS.

Bernardini Feliciani in librum quar-
tum argumentum.

Panduntur quarto uenatio qualis iorcî,
Quà capitur taxus, mus ponticus, atque bonaſus.
Rhinoceros, muſmon, lynx, caſtor, dama, lycaon.
Hippager, ichneumon, pardus, panthera, biſontes.
Et Getulus oryx, onager, miruſq; tarandus.
Cuius & armatur ſolo frons ardua cornu.

QVAM uarium genus alma tulit Natu-
ra animantum,
Tam uarium poſuit fugiendi pecto-
re mortem
Conſilium. conceſſa feris ſunt om-
nibus arma.
Hinc timidus leuitate lepus, hinc unguibus urſi,
Robore dentis aper, præduris cornibus uri
Armantur, pelluntq; ſuis pro uiribus hoſtem.

Q uis te magna parens rerum Natura creatrix
C omprendat? superas humanum callida sensum
I ngenij sine fine, tua est prudentia nullo
L imite clausa; patet multo quæsita labore
V ix quota pars rerum. nam cur magnete propinquum
A ttrahitur ferrum? ne dicam singula, nil est
S impliciter notum. cum tellus perstet, at unda
C ur magis ima petit leuior, grauiore petente
I ma magis? tellus immergi debuit undis.
N unc tamen è terra tumidum decurrit in æquor
F lumen, & Oceani clauduntur littore fluctus.
A dde quòd & mundi miracula tanta tulisti,
T am uarium spectatur opus, satis esse putandum
V t sit mirari, uesania reddere causas.
M ulta tamen loquimur capti dulcedine facti
D iua tui, temeto ueluti cui corda calescunt,
D e primis rerum causis is disserit: illum
P lena docet cratera deos, & sydera mundi.
S omnia sunt hominum sapientia, fictáq; monstra.
H inc quod Pythagoras sapientis nomina primus
S preuerit, & se scire nihil quod dixerit alter.
Q uis genus innumerum lapidum, quis gramina nouit
O mnia? quis plantas? uel quæ uoluuntur in imo
M onstra freto, quis quot uolucres nascuntur ubique?
Q uæ mare, quæ terras, nemora aut umbrosa uagantur?
S ed rursus luci sacri, syluæq; uirentes,
A d diuas uertor gaudentes cæde ferarum.
Terga notis uarijs Indo signantur lorco,
E t qualis pardus maculis signatur amœnis.
C orpore prægrandis, ceruoq; simillimus alto.

V ere coit, geminosq; parit. uenantur iorcos
Q ua ceruos ratione, canes in retia cogunt.
T empora sunt uitæ spatio conclusa minori.
N ec simul hos armant ramosæ cornua frontis.
C ornua sunt quamuis hostes depellere prompta.
N on adeò mirantur, eos uenator ut arcum
M irantes feriat rapidæ mox cuspide pennæ.
N unc agè quæ species, Veneris sit quanta cupido,
Q uis color, & quo se defendunt robore pardi,
C armen erit nobis, carmen concedite Musæ.
T u nemorum tu diua faue cui retia curæ.
Q uæq; cothurnata incedis succinta pharetra,
V irginibus Tyrijs, nunc & comitata Lacænis.
Est Pardi Libyci duplex genus: hoc minus, illud
G randius, ambobusq; pares in corpore uires.
C auda minor magnis, at paruis grandior, uno
N oscuntur signo. flammas imitata micantes
L umina sub cilijs fulgent lampyridis instar.
A t subter pallent, armantur robore dentis,
V nguibus & rapidis. cum toto corpore crura
C onueniunt. sunt terga notis signata, colorq;
C æruleum, nigrumq; inter color. ocyus aura
C urrit, & est fortis dura in certamina Martis.
I amq; ubi nauigijs felicior incidit aura,
L abitur & glacies, Zephyriq; tepore solutus
M onte fluit riuus uitrea pellucidus unda,
C onueniunt pardi: uenerisq; cupidine capti
P ectore concipiunt flammas, furor omnibus idem.
M ox ubi Libra diem paribus diuiserit horis,
E t noctem: uel clara freto Cræteа Coronæ

S ydera consurgent, campis autumnus apricis
Q uum ponit folia primis exusta pruinis,
E xpectat partus facilis Lucina recentes.
S unt herbæ uirides prostrata cubilia partu.
S unt nemorum secreta domus, thalamiq; superbi.
N ulla obstetricis merces mæotra parantur.
T alia nubigregi sunt natæ fœdera patris.
E nixæ cibus est simplex, & qui fuit ante.
S unt haustæ potus undæ de flumine uiuo.
D elitias odere feræ: simul æquore uectas
L ittore ab Eoo merces, & solis ab ortu.
I psa suo nutrit quos edidit ubere mater.
N ullaq; nutrices expectant præmia lactis.
N on hæ sunt merces in syluis: nulla ferarum
Q uæsiuit precio dulces contemnere natos.
N ulla adeò feritate suos armatur, & ira
O derit ut catulos, nascuntur quatuor unà.
I nterdum geminos catulos dat fœmina, uel tres.
Q uæ nunc in syluis errat, quæ montibus altis
P ardalis, & denso uestitur tergora uillo,
V itisatoris erat nutrix. huic præbuit Ino
V bera, formidans magnam Iouis altitonantis
V xorem, pariterq; timens hæc Penthea regem.
P enthea Echionium qui patris sacra profanus
O rgia spreuit: & hinc soluit pro crimine pœnas.
H unc hederæ texit ramis, hunc texit Agaue,
A utonoeq; soror. simulantes mystica, circum
C ymbala pulsantes, & tympana multa, sonore
V agitus texere nurus infantis, & arcam
A oniæ magna matres cinxere corona.

I nq; manus tradunt alijs dimittere campis.
P rotinus Aonij rapidis ſpumantia uentis
A d maris undiſoni uenerunt littora matres.
H ic reperere ſenem cui uictus littora circum.
Q ui quondam tremula captabat arundine piſces.
S ed tamen ex longo piſcatu forte faſellum
E merat, hoc unum longis quæſiuerat annis.
E t laceros caſſes, quos tunc ſarcire madentes
C œperat: at reliqua in natorum abſumpſerat uſum.
H unc matres orare ſenem traducere cunctæ.
I lle lubens, ueneratus enim quæ credidit eſſe
S acra deûm, cunto ſubigit à littore cimbam.
O ppoſitis cupiens matres has reddere terris.
C um medij nauis ſulcaret tergora ponti,
A tque ab utroque pari diſtarent littore tractu,
S erpere cœperunt hederæ tabulata uirentes:
E t ſimilax, apiumq; comis frundeſcere adultis.
S ic fertur. ſtupuit miraclis nauita tantis.
D iriguere comæ, concuſſit protinus ingens
M embra tremor, liquit faciem formidine ſanguis.
P uppis ad Euboicas currens allabitur oras.
F ertur Ariſteus antrum hic coluiſſe, uirorum
Q ui genus indocile, & uiuentum more ferarum
G landibus, & baccis, pomis ſylueſtribus, & quæ
S ylua tulit cultu nullius iuſſa coloni,
E docuit primus teneras armenta per herbas
P aſcere: & è quercu fumis pellentibus actas
C laudere apes uacuo ſub cortice. primus oliuum
E xprimere ex oleæ fructu, lac cogier idem.
N utrijt hic Bacchum miro deuinctus amore,

E uboicas inter nymphas, Dryadasq́; puellas,
A oniasq́; nurus multos feliciter annos.
H as inter ferulam ludendo forte cecidit,
E t ferro lapides ictu percussit eodem,
E xiluit uini dulcis de uulnere riuus.
H inc lacerauit ouis frustatim uiscera, tabo
I nficiente solum, canis albentia setis
M embraq́; iecit humi, rursus mirabile dictu
D iuisæ pecudis coierunt membra repente.
E t uirides herbas decerpsit pabula nota.
I am uaga per uastas penetrarat plurima terras
F ama dei, qui multa uiris monstrabat, & urbes
L ustrando uirtute sua compleuerat orbem.
D enique Thebarum populos peruenit, & omnes
O ccurrunt matres Cadmeides. impius unus
I nuentus Pentheus. captus formidine patris
I mperat hic socijs hunc arctis nectere uinclis.
I nuasere deum multi, multiq́; sequentes
P ercutiunt saxis matres, rapiuntq́; coronas
C ompositas hederæ ramis, & cuncta profanant.
T um pater immanem te fecit Penthea taurum.
P ardalis in speciem matres mutauit, & illas
V nguibus horrendis, & dentibus armat acutis.
D iscerpsere feræ taurum, regemq́; profanum,
E sse dei quoniam sic illis uisa uoluntas.
N unc etiam Bacchi lætantur munere uini.
E t procul arboribus densis, antro'ue rubentem
V enantes fontem fingunt, & flumina uino
I nficiunt ueteri potant cum flumine somnum
P ardi. nec procul hinc in strato gramine molli

Decumbunt

D ecumbunt, funes, & uincla tenacia nectunt
V enantes, facilemq; parant his pocula prædam.
B acche ferox hominum domitor, domitorq; ferarum,
N ec solum Tandim, gentemq; binominis Istri,
B istoniosq; sinus, Eoæ & littora terræ
V icisti, atque Arabas syluarum thure superbos.
T u pandis secreta: patent tibi cuncta, animosq;
A ttrahis illecebris, homines dulcedine torques.
T u grauis interpres linguarum, auiumq; peritus.
T u pacem, tu bella geris. cratere rubenti
T u domitas Lapithas. per te Iouis altitonantis
D e manibus concussa cadunt fera fulmina frustra.
S ermones hominum claudis, litesq; deorum.
V enandi est eadem ratio pardum, atque leonem.
F ossa minor pardis. hos suspendere columnæ
V enantes catulum: stat quernea fixa columna.
S i quis forte lupos fouea uenabitur, anser
A ptus erit: sapiunt uni non cuncta palato
P abula, queis gaudent animalia cuncta trahuntur.
E t tigris fouea capitur delapsa repente.
Desertis Libyæ gentes nascuntur in oris:
Q uæ maculis atris signantur tergora. pardo
I uncta leæna tulit. referunt matremq; patremq;:
N ec simplex species, retinent hinc nomina mista.
V enandi est eadem ratio quæ patribus ipsis.
Aethiopum terris speciem monstrare cameli,
E t pardi, cernes animalia mista: cameli
H inc nomen commune tenent, & pardalis acris.
F orma, genusq; feris tribuerunt nomina multis
D iuersis. sed leucrocutæ quia multa sequuntur,

N ullius certé illorum sunt nomen adeptæ.
Quid loquar Assyrij Libani, aut spumantis Orontis
S yluestres acies? quid gentes uersibus Aphras?
E st uarijs panthera notis signata, colorq́;
E st fuscus: uarijs maculis sunt tergora picta.
Q uòd si non alium monstrarent terga colorem
P ardus erat panthera, color distinxit utrunque.
Q uatuor in medio tumuerunt ubera uentre.
C oncipiunt totidem catulos sub tempora brumæ.
V bera bina dedit prudens Natura animantum
S oliparis, illa & diuersa in parte locauit.
I nter crura iacent capris, & pectore summo
D ependent homini, melius sic esse putauit.
V iuere tot possunt, partuq́; feruntur eodem.
Q uatuor inde quibus sunt ubera, quatuor edunt.
A ut peperisse ualent. quibus ubera plurima longo
S unt sub uentre, ferunt plures. & fœtibus æquant
M ammarum numerum, ne quid sit inane paratum.
P rotulit & pueros uno tres fœmina partu,
S ed tribus immanes secuerunt stamina Parcæ.
A ltera tres peperit pueros, atque insuper unum.
Q uatuor his sed mox secuerunt fila sorores.
V iuunt qui gemini partu nascuntur eodem.
Q uod superest catuli pellunt in retia, magnis
H inc homines atque inde canes clamoribus urgent.
V enantur pariter fossis, & fraudibus istas.
H oc tamen admonitos uenantes esse iubemus,
S ingula ne referam duri certamina Martis,
Q uæ cornu, quæ dente feræ, quæ armantur & ungue,
S æpe ruunt contra uenantem fortiter hostem.

O mnibus est ratio communis sternere ferro
L ata per arua feras, & decertare uicissim.
Nascitur Aethiopum campis, ubi terra colonos
V sta refert nigros, animal: cui linea tergus
P lurima distinxit uarium. nigrantibus albæ
S unt mistæ iuuenum maculæ: senioribus atrum
E st tergus, uario pinguntur colla colore.
O mnibus est uillus longus, est plurima cauda.
O re refert uulpem. sunt paruæ protinus aures.
L ongius est æquo collum, caput est breue, plantæ
I n quinas disecta notas est ungula. pars est
P ostera sublimis, depressi corporis harmi.
N on bene compositum corpus, nec membra uidentur
A pta fugæ. cattum referunt sed cætera. tempus
L ucinæ, Venerisq; dies, tempusq; ferendi
E st ambobus idem. sunt uulpis corpora quanta.
A ethiopum cattis feritas est mira, tenellos
N amque uorant catulos ambo, materq;, paterq;.
I dcirco rapiunt hos matris ab ubere, matri
S upponunt alij. sæpe ubera fœmina præbet
A ethiopum. Natura dedit pro corpore tantam
S æuitiem, morem corpus, formæq; sequuntur.
H anc laquei cepere feram, pedicæq; tenaces.
I n casses alij cogunt, qui retia seruant
C ontinuò implicuere feram. se dentibus illa
D efendit, pellitq; suis pro uiribus hostem.
E st locus & cauda, & uillis huic obsitus albis,
P odicis inferiorq; loco, quò parcius alba
E xcrementa fluunt redolentia, cepimus illa
I nter delicias: hominum dementia tanta est.

Nec te prætereo Phrygiæ gens incola terræ
Q uæq; Lycaonijs erras in montibus, & quæ
D egeneras asinis proles syluestris onagri.
C orporis aspectus iucundus, lumina clara.
L onga auris, uelox, color est argenteus illi.
N igra tamen summo percurrit linea tergo.
C ingitur hæc circum niueis utrinque coronis.
H uic breuius corpus, firmissimaq; ungula, multis
C oniugibus gaudens unus præcedit onagrùm.
E t duo nunc peperit, nunc fœmina protulit unum.
V xorum se pone mares in pascua ducunt
A rmenta, & syluis pascuntur, montis opaci
C ulmine. cum uiridis iecerunt pabuli amorem,
A d liquidos fontes ducunt, uel flumina turmas.
P rotinus antra petunt ducente armenta marito,
L umina paulatim cum somnus repit. & ipsa
P ignoribus paruis præbetur cura parente.
P rætereunt sex lustra. deum tot tempora uitæ
M unere sunt concessa, canes in retia cogunt.
V enandi ratio simplex syluestris onagri.
P roijcit in faciem lapides hominumq; canumq;
S ectantum pedibus postremis bellua currens.
P ræbuit ingenij tantum Natura, pericla
I ngenio ut superent cauto quibus arma negantur.
S unt qui prætendant laqueos ubi stricta uiarum
S int loca: uel pedicas multis syluestribus. illis
E rrantum syluis armenta repente tenentur.
M irantur, nullumq; uident, uincloq; tenaci
O ccumbunt, sese cupientia soluere, mortem,
C olla quibus retinentur. ea falluntur & arte.

Teq; ueneniferæ referam mus incola Ponti
V ulpe minor, uillisq; nigris, acieq; nigranti
L uminis. & terram despectas sæpius. ipsa
S ub tellure lates fugiens mala frigora brumæ.
V ere ubi frondescunt syluæ, tellusq; uirescit,
E t Boream, frigusq;, tepens iam dispulit aura,
C oncipiunt mures uilloso pectore flammas.
T res pariunt fœtus, aut quatuor, astra Leonis
Q uum pelago tolluntur, equis & Phœbus anhelis
D eserere incœpit torrentia sydera mundum.
R etibus implicitos capiunt, laqueis'ue uagantes.
I llorum nil arma timet uenator, & ipsi
S ecuri catuli latratu in retia pellunt
H uic etiam muri proprium quod ruminat herbas
S tratus humi, ueluti uaccæ, ceruiq; fugaces.
Est prope Gangaridas extremæ littora terræ
I ndorum regione ferax locus: uber & arui
M irandum. bis terra ferax, bis poma quotannis
A urea sub plantis sternuntur, bis sata messor
C olligit, & liuent in apricis collibus uuæ.
H uc dulces auræ aspirant, hic plurima cœli
T emperies, hinc æstus abest, solesq; maligni.
N ec rapidis flammis exurit Sirius agros.
N ec desunt liquidi fontes, nec fluctus aquarum.
N ascitur hic animal nigranti tergore, quantus
E st ceruus, solipesq;, ferox, & forma iuuencum
I psa refert, ceruumq; caput. fortissima cornu
A rmatur frons nigranti, quo territat hostem.
S æpe ueneniferæ ueniunt ad flumina gentes,
I nficiuntq; uadum tabo, tetrisq; uenenis.

A ttingit fluuium ueniens hæc bellua cornu,
Q uo uirus fugit, & fluctus purgantur aquarum.
H inc quoque syluicolis reliquis est purior unda.
V irginis amplexum cupijt fera bellua (nam sic
F ama refert.) somnumq; capit, placidamq; quietem
V irginis in gremio optatæ, somnoq; soluta
F unibus inuenit se se, uinclisq; ligatam.
S eu Natura dedit secreti semina Amoris
V irginis, atque feræ est atrox innata Cupido.
S iue alia est ratio, tamen hac adducitur arte.
N ec mirum: mulieris amor te simius ingens
S ollicitat quando, dominæq; calescis amore.
P rætendunt alij laqueos, & retia, pellunt
I ngenti clamore, negant gens plurima uiuam
P osse capi. solum tribuit huic nomina cornu.
Cur Getulus oryx cornu quum monstret acutum
V num, diuersum nomen sortitus ab illo est?
C orpora sunt niueo, uerniq; infecta colore
L actis, utrinque genæ nigrent. sunt pinguia dorso
T ergora, sublimi nigrescit cuspide acutum
C ornu: præduro penetrat quod robore cuncta.
Q uantaq; capreolis orygi sunt corpora. planta
I n binas disecta notas. in cursibus acer.
I n caput huic uni uillorum uertitur ordo.
N on ille horrendis ursis, non ille leonum
T erretur furijs. si quando in prælia uentum est,
E xpectat cornu furias in uulnera prono.
N on huic occurret uenator corpore sicco.
I dcirco admonitos uenantes esse iubemus,
V incere, uel certam cedendo occumbere mortem

H isce necesse feris. non mulcent dulcia uerba
S yluestres animos. nullusq; admittitur illis
O rator, laxis furiæq; uagantur habenis.
V t grauis Aeolio quum uentus prosilit antro
T otus in arua ruens, & syluas sternit opacas.
F laminibus rapidis immensus murmurat æther.
T um neque ueliuolæ puppes, nec nubila cæli
C ontra stare ualent, conuoluens omnia secum
V iribus Hippotadæ nullis frænatur. & illum
N on tenet imperium regis. nil audit, at unus
E st cordi fragor, & strages, & murmur, & ira.
C oncipiunt Veneris flammas, quo tempore primum
A rboreis latè sternuntur frondibus arua.
H inc unum pariunt catulum, cum septimus exit
A coitu mensis. dicuntur uiuere lustra
O cto. canesq; hominesq; urgent in retia tensa.
P rælia uel sumpsit campo uenator aperto.
I ndutus ferro nitido, spolijsq; superbis.
At binis lustris clauduntur tempora uitæ.
Q ui capræ uillo est, campisq; uagatur Iberis
M usmoni. & auerso decerpit gramina sole.
Q uot capræ totidemq; parit. uenatio duplex.
A ut balista necem fert, aut in rete canum uis
I mpellit, magnisq; uiri clamoribus urgent.
Hic prope Riphæos montes ubi sydera nunquam
M erguntur, furiis quia mobilis Amphitrites
F ormidant, sex sunt noctes, sex tempora lucis
P erpetuos menses. cœperunt esse tenebræ
C um redit à Libra non recto tramite Phœbus.
D onec ad æquantem redeat Sol tempore ueris

C irclum . tunc illis cœpit luceſcere primum,
D um redit in Libram quæ ducit tempora noctis.
N aſcitur hic animal mira uirtute . uirentem,
E t nunc in niueum mutauit terga colorem,
A tque trahit quemcunque cupit . ſic decipit ipſos
V enantum uiſus . & qualis in æquore fertur
P olypus , aut piſcatorem quum ſepia uitat :
T alis & ipſius uarij natura tarandi .
C orpora quanta bouis , ramoſæq́; cornua frontis.
V rſorum uillus , paulo'ue oblongior . unguis
I n geminas diſecta notas . in retia cogunt
V enantes . alius ferro decertat acuto .
S ollicitant Veneris flammæ quo tempore primùm
P leiades liquidis oriuntur fluctibus , at cum
N onus præterijt menſis , ſunt tempora partus.
Q uot uaccæ totidem pariter pariuntq́; feruntq́;.
Eſt penes Indorum montes uirtute Lycaon
H uic ſimili . ſunt quanta lupis huic corpora . ſed ſi
L abantur ceruice iubæ , teneatq́; colorem
N atiuum , lupus acer erit . hunc pone ſequentes
C orripiunt catuli morſu , ferit ille uiciſſim.
Rhinoceros ſolis Indorum naſcitur agris.
C redere ſi libeat famæ , mas dicitur eſſe
H æc ſpecies tota , & paulum flauentia terga
P urpureis ſignata notis . inſurgit acutum
N are ſuper cornu quo marmora ſcinderet : atque æs.
N on oryge eſt adeò maiori corpore , quamuis
H orrida non uitet grandis certamina barri .
I ngeminas diſecta notas eſt ungula plantæ.
E t binos catulos edit , quo tempore frondes
Palleſcunt

P allescunt glacialis hyems quas læsit. amoris
C orripitur flammis quum finit Aquarius annum.
R etibus implicitus ferro obtruncatur acuto.
I nde canes atque inde uiri clamoribus urgent.
N ulla adeo truculenta fera est: nil saltibus errat,
I ntrepido insuetas hominum quod pectore uoces
A udiat: aut illis immensi conditor orbis
S emina diuinæ uocis dedit, undique syluis
Q uò fugere feræ, syluestrisq; agmina gentis.
S eu magis horrendum cunctis animalibus unus
E st homo, sæuitiem tantamq; ostendit imago.
S eu potius coràm regem spectare uerentur.
O mnibus hic unus dominatur, & omnia uincit.
O mnia diffugiunt sæuam pro robore mortem.
Hinc cute sublata plagas à corpore taxus
A rcet, & in fossas gaudet penetrare cauenas.
C orporis est species felis, cineriq; propinqua.
N ec maior uulpe est, diuisáq; planta, gemellos
F œmina sæpe parit, nunc tres, cum pomifer annus
V enit, & Autumnus pallentes frigore frondes
D ecutit: arboribus nudantur brachia longis.
T rux animal pedicis capitur, laqueoq; tenaci.
A tque canis rapidi laceratur morsibus. illi
S i canis occurrat solus, certamine uictus
S anguinolentus abit detrectans prælia dura.
Nec te Pæonius catulus, Phrygius'ue bonase
I mpune insequitur: quamuis sint cornua in orbem
I nter se reflexa, feræq; incommoda pugnæ.
C orporis est species tauros imitata bonasi.
D emissæ per colla iubæ, flauus color illis.

A tque tenus pendent oculorum. flaua bonasi
C orporis est species. uenantes uincere cursu
Q uærit, & hac una trepidans sibi consulit arte.
A st alia est ratio catulos se pone sequentes
F allendi, exurit ullos his stercore iacto.
S æpe etiam uenatores hac decipit arte.
S tercore quod tactum est comburitur: id uelut ignis
C uncta uorat, talis sed uis est nulla quieto.
H inc homines, atque inde canes in rete bonasum
C ompellunt. similis ingenti cætera tauro.
Hic ubi Sauromatis clarus conuoluitur anguis
F luminis in morem, & binas amplectitur Arctos
I n syluis syluestre genus spectatur equorum.
A ethiopes referunt exertis dentibus illos
A rmari: Aethiopum pariter nascuntur in agris.
V ngula fissa pedum, ceruoq; simillima. fuscus
E st color. egregieq; pedum sectatur odores
N aribus. hi iunguntur equi quo tempore primum
E xoritur cœleste caput super æquora Tauri.
T um pariunt quum clara freto se stella Leonis
C ælat, & Oceano primum demergitur alto.
G entibus his durus uenator pugnat acuto
N unc ferro, & uictos latis obtruncat in aruis,
N unc capit insidijs. est tutior hæc uia fraudis.
D um licet insidijs, stultum est decernere ferro.
V enator catulos hippagri hac decipit arte.
N am leporem tellure trahit syluestris ab antro
M atris, odoratis ducens uestigia signis.
C um satis erratum est, fossa tellure recondit.
T um leporis magno catuli ducuntur odore.

A tque omnes errare uias, & quærere cautè
F ert animus, ſtudium præceps, & tota uoluntas.
P er ſyluas, & per uirgulta uirentia quærunt.
D enique cum leporem foſſum tellure ſub ima
N orunt, hic prædam cupientes uſque morantur.
N ec facile hinc pelles, & pulſi ſæpe recurrunt.
Q uærentes prædam prædæ portantur, & illos
V enator capit, atque domum redit acer onuſtus.
At non huic ſimili capiuntur fraude biſontes.
Q ui regione Getæ naſcuntur, in arbore uiuum
S uſpendunt catulum, latratibus ille biſontem
A duocat. accurrit ad uoces protinus ille.
H unc baliſta petit, ferro hic decertat acuto.
V ulneribus multis foſſus cadit arboris altæ
S ub ramis. & amore cibi diſcedere tardus
E moritur: ueluti pantheras pardalianches,
H umanum ſtercus cupientes enecat ardor.
S unt & qui cogant in retia tenſa ſequentes.
F orma refert ceruum. medio ſed frontis acutum
O ſtendit cornu, longis nigrentia ſetis
D ependent per colla iubæ. cum terra calores
P erpetitur ſolis domino capiuntur Amore.
T um pariunt reſoluta fluit quum montibus altis
I n uallem glacies, extremis cana pruinis
S ed tamen eſt tellus, primæ uiolæq; rubeſcunt.
Sed neque prætereo te fluminis accola uaſti
Q uod ſeptem portis tumidum prorumpit in æquor
I chneumon. uillus niger eſt & plurima cauda.
C orpora parua, dolusq; ingens in corpore paruo.
I nſidijs crocodile ſuis cadis. impia fata

H uic pedicæ, laqueiq; ferunt, cassesq;, canesq;.
F ert cunctis balista necem: si corpora ferrum
O pportuna petat, certamq; ferentia mortem.
Nec procul hinc chaus quem dicunt nomine signis
P ardorum, cui forma lupi, squallentibus agris
E rrat, & huic pene est mos, & natura luporum.
P ro regione tamen blando capiuntur amore,
T emperieq; loci: uernis armenta diebus,
H ic ubi temperies cœli, uentusq; benignus:
P artibus æstiuis cum primum mitior annus
E fficitur, flatusq; tepens aspirat, & auræ.
A st ubi uix glacies tardo resoluta calore
A estatis rapidæ delapsa est uallibus imis,
T ardius hic Veneris capiunt animalia flammæ.
Quid loquar aut damas timidos, aut carmine lynces
A ethiopum? gemina est species. quæ grandior ipsos
S ectatur ceruos, orygesq;. at præda minori
S unt lepores timidi. color est huic corporis ater.
E t uarijs maculosa notis sunt tergora picta.
E st caput exiguum: flammantia lumina torquet.
V t dicas hominem talem sumpsisse figuram.
M aiori croceæ maculæ, rutilæq; minori.
Cum profugæ redeunt uolucres regionibus illis,
E t fugiunt hyberna procul quum nubila cœli,
T um male desertis Libyes erratur in aruis.
D um rabies fera corda domat, dum uulnera amoris.
M embra lupum sæuum referunt, animusq; leonem.
V enandi ratio, partus, & tempora uitæ
V ix differre lupis creduntur, territa dama
C orripitur catulis per rura sequentibus. illam

Vel pauor in casses pellit. sunt corpora quanta
Virgulta, & montis carpentis summa capellæ.
Venandi est eodem ratio. diuersa caprarum est
Syluicolum species. hæc torto nomina cornu
Sumpsit, at hæc lato. sic alba clune pygargus:
Versibus haud nostris indictus pontice castor
Aufugies rapido morsu genitalia quamuis
Membra seces. totum redimis à funere corpus,
Parte data. sedas cursum, furiasq; sequentum
Corpora quanta canis sunt castoris, armaq; dentes.
Cauda refert piscem, quæ caudet fluminis unda.
Horrendus quorum morsus secat omnia: fuscus
Est color, & pars est totius plurima uenter.
Hunc homines clamore cient, cursuq; sequuntur.
Hunc capiunt laqueis tensis piscosa secundum
Flumina. quum primo pallescunt frigore frondes
Cernuntur catuli. quum clari tollitur undis
Delphini signum, Veneris capiuntur Amore.
Cætera tu simili cautè uenaberis arte.
Nam neque cuncta meo complecti carmine possunt,
Quæ syluis densis, quæ latè montibus errant
Frondosis, nec nota suis regionibus ulla.
Tam uariæ formæ, diuersaq; corpora passim
Nascuntur, tam multa refert in luminis auras
Tellus, usque nouum campis nascatur ut Aphris,
Ne dicam toto quod semper nascitur orbe.
Venantem sequitur maior sudore uoluptas,
Deliciæq; uirum. natura discere cuncti
Optamus, semperq; noui quid discimus ex his.
Adde quòd & ualidum longa assuetudine corpus

C oncipit ingentes uires. fit uisus acutus,
A uditusq; celer. hinc corpora sana parantur.
M ilitiæ propior uenatio: iussa facessit
V enator cautè, seruatoq; ordine perstat
M ilitiæ, non ille timet, sed fortiter hostem
E xpectat strictis armis: syluasq; per altas
C edentes acies sequitur, quoque cedere doctus.
N ouit & accessus hostis, dormire peritus
R es utcunque tulit. magni credenda futuri
S igna ducis mala posse pati, quia multa necesse est.
Q uis primus tulit ista uiris? hominum'ne deum'ne
I ngenijs inuenta? dedit quis commoda tanta?
D elia Philliridem primum Chirona fugaces
I n sparsos per rura greges, syluaq; uagantes
A rmauit: fecitq; uias in commoda tanta.
Salue magne parens, uenandi magne repertor.
H erbarum, cytharæq; potens, astriq; perite.
T u patriæ defensores, regesq; parasti
M agnanimos. orbis terræ, rerumq; potitæ
V enantes primi posuerunt mœnia Romæ.
A rgoliciq; duces, & decantata iuuentus
T roiana, his primis aptarunt corpora bellis.
T u Leonarde mihi bellorum maxime scriptor
T estis ades, reges qui magnos legibus ornas
M ilitiæ, clarosq; duces, & munera nosti.
N unc quoque uenandi studium est hoc regibus unum
C ommune. hæc res est uenatio regia. magna
N obilibus cunctis simul, & iucunda uoluptas.
C um foret herba thorus primis mortalibus, antra
F rigida & arboribus intexta palatia; potum

P rosilientis aquæ riuus prælucidus unda
P ræberet, uictumq; Ioui sacrata Molosso
Q uercus, sanguineoq; rubentes cortice baccæ,
A chrades, atque alta prostrata sub arbore poma,
E t genus humanum sæuarum more ferarum
V iueret, erupit uenatio. cædere fossas
I llapsas saxis primum, mox urere flammis
I nuenere feras, non usus æris habebant.
N ulla metallorum sceleratum uiserat orbem
V ena, nec ingenti diues cumulabat aceruo.
H orrida sub terris argenti pestis, & auri,
D ormibat tutò, haud curis obnoxia nostris.
S eu uoluit Fortuna potens, atque inuida rebus
T ranquillis, quæ cuncta mouet, quæ turbine uersat,
S iue aliquis superum furijs accensus & ira,
H umanis rebus meditans incommoda tanta,
O stenditq; auri uenas, Erebumq; retexit.
I n uarias æris massas traxere figuras.
A ere feræ primum spoliarunt uiscera pelle.
T um tepido primum maduerunt sanguine dentes.
P ellibus induti tolerabant frigora brumæ.
N am neque tum Phrygiæ uestes, scrutulatáue nostram
L uxuriem norat, nec pictas uiserat aulas
A ttalicum uiridis uestibat limina ramus.
V tile principium sumpsit uenatica primùm
R es, epulus lautas homini, uestésq; parauit.
N os quibus est uictus, & uestis cultior usus,
I ngredimur syluas capti dulcedine facti,
V enantes quoniam sequitur iucunda uoluptas.

F I N I S.

Nā tibi grata hec uideant[ur] dona camene.
Nullaq[ue]: pro meritis gratia lata tueris.

AD PETRVM ANTONIVM Lonatum Mediolan. Natalis Comitum.

NE tibi parca meæ uideantur dona Camænæ,
Nullaq́; pro meritis gratia lata tuis,
Hæc ueniat pedibus bisquinis litera iunctis:
Quo uix de multis una soluta uenit.
Nec quia distamus spatio, de pectore nostro
Excidit antiquæ nomen amicitiæ.
Quòd si me extremæ telluris separet orbis,
Vndique spumosum submoueatq́; fretum,
Nulla tamen poterunt animos disiungere nostros
Aut maris, aut terræ frugiferæ spatia.
Teq́; colam semper dum spiritus hos reget artus.
Est mihi Lonati nomen in ore frequens.
Hoc meruere tui mores, animusq́; benignus.
Hoc decus, & linguæ gratia summa tuæ.
Hoc & nobilitas duplex animiq́;, patrumq́;.
Eximia hoc uirtus, ingeniumq́; tuum.
Te matura uirum cum primum fecerit ætas,
Et fuerit iustis uiribus aucta suis,
Facta opto superes patrum generosa tuorum.
Accedat titulis gloria multa tuis.
Quod tamen efficies ni desint apta carinæ
Flamina, ni fatis aura secunda tuis.
Plus uirtute potest Fortunæ cæca potestas.
Sæpius: illius multa reguntur ope.
Nouimus ingeniumq́; tuum, moresq́; modestos.
Est tibi cum docta Pallade iuncta Venus.
Quòd si cum longis natura hæc creuerit annis,

(Nec tamen eſt dubium ſic fore, nota quibus
Cura tuæ matris generoſæ, cuius in alto
Ingenio eſt uitæ forma locanda tuæ.)
Protinus accedent his ornamenta uirorum
Magnorum : uenient cuncta decora tibi.
Inter honoratos heroas Petre fereris,
Atque inter Latios primus ineſſe duces.
Talis erit ſplendor tuus hic Lonate, ſereni
Qualis Lunæ inter ſigna minora poli.
Scribimus hæc animo Antoni tibi pauca ſereno.
Vel quia uaticinor, uel meus urget amor.
Quòd ſi ueridicæ dictarunt carmina Muſæ.
Et loquimur Clario uerba mouente Deo,
Hinc monumenta legent omnes tua poſteri, eruntq́;
Gloria facta tibi, gloria facta mihi.
Interea ſtudijs iuuenum rariſſime toto
Incumbas animo : ſit tibi cura mei.

HIERONYMVS RVSCELLIVS,
Paulo Manutio. S. P. D.

NATALIS Comitum, de cuius moribus & doctrina melius eſſe iudico tacere, quàm pauca dicere, cũ proximis his diebus Ianuã profecturus me uiſeret, attulit libellum de uenatione ſuum, cuius deſiderio me, cõpluresq́; alios teneri audierat. & quæ ſua eſt humanitas, nõ ſolum eius exſcribendi mihi facultatem dedit, uerum etiam eũ, ut pro meo uterer, alijsq́; exſcribendum concederem, benignè admodum eſt largitus. quod cum libellus ipſe non mihi ſolum, ſed amicis omnibus continuè haberetur præ manibus, non facile dixerim quanta admiratione delectationeq́; omnes affecerit. atque inde factum eſt, ut cum à quàmplurimis expeteretur, ego ut amicis omnibus pro meo iure ſatisfacerem, meq́; ipſum longa moleſtia liberarem, ſtatuerim illum chalcographis obſtinate efflagitãtibus, imprimẽdum concedere. Qua in re nõ dubito, me non ſolùm amici gloriæ, ſed etiam ſtudioſorum omnium deſiderio, & utilitati conſulturum. eſt enim liber, quem, ſi crederem abeſſe uerbo inuidiam, dicerem antiquorum cuiquam, ſiue Græcos uelis, ſiue noſtros, nullis prorſus nominibus poſtponẽdum. At cum ſint in eo paucula quædam, quæ ob argumenti nouitatem, non facile uel mediocriter eruditis intelligãtur, impulerũt me amicorum, idem eſt iuſſa dicam uel preces, ut in eũ ſcholiola nonnulla conſcriberem. Quod cum qua potui breuitate effecerim, uolui mihi dono datum libellum, measq́; in eum lucubratiunculas, editionisq́; munus meum, ueluti ſtudij in te mei μνημόσυνον ad te mitterem: ut hinc etiam, ſiquid inuidorum, ſciolorumq́; inuidia auctoris ipſius dignitati, nominiq́; conetur detrahere, eos omnes tu doctrinæ dignitatisq́; tuæ auctoritate deterreas. Vale.

Venetijs Nonis Septemb. M. D. LI.

SCHOLIA LIBRI PRIMI.

Fuscina. instrumentum piscatorium hastatũ, quo pisces complures feriuntur. car. 3. b. Canes odorisequi. canes qui per odores pedũ feras sectantur. car. 3. b. Altaq; chorda. utuntur aucupes chordis uisco infectis ad aues capiendas car. 3. b. Pedicæ laqueis differunt. his enim pedes, illis colla detinentur. car. 4. b. Panagrum. rete omnia capiens. uerriculum. car. 4. b. Amenta. uincula omnia. ibidem. Lagobolium. lignum quo nunc uenatores ad castigandos canes utuntur, à percutiendis leporibus olim dictum: habet uncum quo equorũ ephippijs suspenditur. ibidem. Passeres. pisces marini plani. car. 5. a. Suber. lignum leuissimum quod in calopodijs coriaceis ponitur. ibidem. Anteris. trabs qua domus lapsura fulcitur, nunc pro palo. ibidem. Dentes canini. quatuor longiores qui capturæ uulgò dicuntur. ibidem. Cecropius. à regionibus hi canes dicti car. 5. b. Diaponi. laboriosi. ibidem. Clauis. armantur Molossi ne feriantur. 6. a. Collaria. canibus leporarijs & cæteris cũ annulo ferreo conueniunt, ut ad emittendi tẽpus teneantur. 6. a. Stelmoniæ. fasciæ quibus canum latera muniuntur. ibidem. Arcendæ à plantis. diligentiores calciamenta coriacea canibus adhibent, ita tamen ut ungues exeant. ibidem. Ad summum syllaba bina. ne longi nominis prolatione moremur. car. 6. b. Natura, & mos. Aetij sententia. ex ægra enim nutrice ægri alumni, ex fatua fatui fiunt. ibidem. Non est ita perfidus ullus. nec genus solum cuiusque equi est respiciendum, sed

propria uirtus.7.b. Præterea iuuenes. prudenter factum est ut cum de canibus, & instrumentis disseruerit, non prætermiserit hominem rei totius dominum: ne malus dominus cuncta inutilia faceret .car.8.a. Non ille acceptus primis. quia uenationem quasi militiam quandam esse constat, senes à uenatione, quasi à rebus bellicis reijcit. ibidem. Votiua tabella. quæ picta parietibus templorum à liberatis aliquo periculo appenditur.car.9.b. Latoq; Bocatius ore uirum quendam turpem intelligit, cuius nomen non protulit, alludit autem ad id prouerbium, lati est oris.car.10.b.

Scholia libri secundi.

PRomuscis. nasus elephantis in quo mira est uis car. 14.a. Faciliq; uolumiue. non carent omnino iunctura, sed est ita in ima parte ut inutilis propè sit. ibidẽ. Monocampti. unam flexuram habentis. ibidem. Est ingens horror. Sic Oppianus.car.15.b. Cum tollitur undis. Scorpius.xvij.cal.Mart.ibidem. Thoes. lupi ceruarij. ibidem. Vt nascantur equi. Virg.lib.iij. car.16.b. Perdices pariant. Arist.colum.car.16.b. Aequora cum primas. notandum ueris descriptionem non ad nostram solum, sed animalis cuiusque regionem pertinere: nam ubi bis uer, bis pariunt. ibidem. Amanus. Siciliæ mons ubi lepores & uulpes albi.17.b. Geminos Hædos, signa tẽpestuosa. car.18.a. Spartanæ more sagittæ. in sparta enim maximè sagittandi ars nobilis fuit.car.18.b. Esse canes cupiere. miram uenatorum uoluptatem exprimit. ibidem. Dasipus. cuniculus car.19.a. Viuerra. animal quo cuniculos uenantur .ibidem. Balista. omne te-

lum missile. ibidem. Nessus, fluuius Traciæ, Achelous Aetoliæ, Erembus. Arabiæ campus. Scymnus. paruus leo. 19. b. Pene quater. paulum ultra æquinoctialem car. 20. b. Philtra. poculum amorem inducens, nunc amorem. car. 22. a.

Scholia libri Tertii.

NAutilus. piscis de quo Aristot. car. 23. a. Viuere per nostros. Aeschyli sententia: filij patris rami seruatores. car. 23. b. Calistus. sydus occidit. VIII. idus Feb. car. 24. a. Arctos. ursus piscis. ibidem. Aron. herba ursis medicinalis car. 24. a. Gnossius ardor. Corona occidit. IIII. Non Iul. 26. a. Lucida ab Oceano. Leonis clara stella oritur. IIII. Cal. Augusti. car. 27. b. Exoriente die. Delphin oritur. VII. Cal. Ianu. 28. a. Amphisbæna. uipera utrinque capitata. 28. b. Dipsas. uipera cuius morsus sitim inducit. ibidem. Aspidis. cuius morsibus nullum ferè est remedium. ibidem. Hibrides. sues ex apris & cicuribus nati. 29. b. Arcturus. occidit. VII. Cal. Sept. car. 30. a. Post ubi sub noctem. Pleiades occidunt Cal. Nouemb. ibidem. Seselis. herba ceruis medicinalis. car. 30. b. Dictami. herba cuius folia sambuco similia sunt, flos mali medici, & odor, sed flos rubescit. car. 31. a. Scorpius. herba de qua Theoph. car. 32. a. Euriceros. habens cornua lata. car. 32. b. Nascitur Idæũ signum. Aquarius mane oritur. V. Non. Febr. car. 33. a.

Scholia libri quarti.

MAgnete proprinquum. naturæ secretum. car. 34. b. Tellus immergi. Siquidem grauiora substãt. ibid.

Virginibus Tyriis. quæ ut Lacænæ uenatione delectantur. 35. a. Lampyris. noctiluca. animal noctu lucēs. ibidem. Mox ubi Libra sub æquinoctium Autumni. ibidem. Corona oritur. III. idus Octob. ibid. Mæotrum. præmium obstetricis car. 35. b. Fasellus. nauiculæ genus. car. 36. a. Tabulata. latera tabulis intexta. ibidem. Cadmeides. Thebanæ patronymicū. 36. b. Leo. oritur matutino. IX. Cal. Aug. ibid. Polypus. piscis à multitudine pedum. car. 40. b. Pleiades. cum sole oriuntur. VI. Id. Maij. ibidem. Cum finit Aquarius annū. XIII. Cal. Martij. Exoritur cœleste caput. VI. Non. Maij. Tum pariunt. Leonis clara stella occidit. IIII. non. Iul. Pardalianches. esca pardos enecans. Fit uisus acutus. sic Xenophon. Tu Leonarde mihi. IOANNES Iacobus Leonardus Illustriss. Ducis Vrbin. apud Venetos orator, uir summæ & integeritatis, & ingenij; qui multa de hac re libro suo quartodecimo de re militari. Ioui sacrata Molosso. Epirotico. molossa enim regio pars Epiri. Achrades. poma syluestria. Phrygiæ uestes. arte Phrygia elaboratæ. Scutulata. habēs orbes quasi scutulas multas.

A B C D E F G H I K L M.

Omnes duerniones.

APVD ALDI FILIOS.

VENETIIS, M. D. LI.

ALDI FILII

